F. 591

50992

F. 591

GVILIELMI SMELLIE, M. D.

TABVLÆ ANATOMICÆ.

ACCEDIT

EARVNDEM EXPLICATIO

CVM BREVI,

DE ARTE OBSTETRICIA, INSTITVTIONE,

AD ILLVSTRANDVM

QVEM

DE EADEM ILLA IN PVBLICVM AVCTOR EDIDIT

TRACTATVM,

VARIARVMQVE OBSERVATIONVM COLLECTIONEM.

EX

ANGLICO TRANSTVLIT

GEORGIVS LEONHARTVS HVTH, M. D.

IN ÆS INCIDIT ET EXCVDIT

IOHANNES MICHAEL SEELIGMANN.

Wilhelm Smellie

Doctors der Arzeneygelahrheit

Sammlung Anatomischer Tafeln

nebst einer Erklärung derselben

und einem kurzen Begriff

der Hebammenkunst

wodurch

die von ihm herausgegebene Abhandlung der Hebämmenkunst

und

seine Sammlungen verschiedener Wahrnehmungen erläutert werden.

Aus dem Englischen übersetzt

von

D. Georg Leonhart Huth.

Und in Kupfer gestochen und verlegt

von

Johann Michael Seeligmann.

Nürnberg, gedruckt bey Joh. Joseph Fleischmann. 1758.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

PRÆFATIO.

Quum artem obſtetriciam aliquamdiu et docuerim et exercuerim, ſpero, me in jactantiae notam minus incurſurum, ſi dixero, qualemcunque operam meam nonnihil attuliſſe, vt ars haec in magis planam magisque mechanicam, quam hactenus quidem factum fuit, redacta ſit methodum. Hinc etiam eandem Tractatu meo, *de Artis obſtetriciae Theoria atque Praxi* nec non *Collectione variarum Obſeruationum* illuſtrare tentaui. Poſtea vero quam animaduerti, plurimas illas partium ad *grauiditatem partumque* facientium icones, hucusque publicatas, varias ob cauſſas valde eſſe mancas imperfectasque: id ipſum ad euulgandas Tabulas haſce me impulit, quibus aliorum non tantum errores ſum correcturus, ſed mea etiam, hiſce de rebus, cogitata atque ſcripta explanaturus. Vtrum praeſtanda praeſtiterim aliis dijudicandum relinquo, hoc tantum praemiſſurus, factas eſſe maximam partem icones haſce ad Prototypa corporum ſeorſum eum in finem praeparatorum, vt ſingula ad pleniorem, Artem exerciturorum, inſtitutionem facientia, minutiis rebusque minus huc ſpectantibus omiſſis, plane perſpicueque demonſtrari queant, atque hinc in indicando ſitu partium earundemque dimenſione majorem, quam in examinanda diſſectionis ope ipſarum ſtructura, adhibuimus curam.

Quum veri ſimile ſit, peruenturas eſſe Tabulas haſce in eorum etiam manus, qui librum jam antea a me editum minus videre: breuem artis additi explicationem; quae licet minus ſit abſoluta, ad meliorem tamen, multarum rerum, nuda repraeſentatione vix acquirendam, factura eſt intelligentiam. De

Vorbericht.

Da die Hebammenkunſt ſo lange von mir gelehret und getrieben worden, und ich hoffentlich, ohne eiteln Ruhm, ſagen darf, ich hätte etwas dazu beygetragen, daß dieſe Kunſt in eine leichtere und mehr mechaniſche Methode als bisher, eingekleidet worden: ſo habe ich es auch gewaget, dieſelbe durch meine theoretiſche und practiſche Abhandlung von der Hebammenkunſt und durch meine Sammlung verſchiedener Vorfälle und Wahrnehmungen zu erläutern. Nachdem ich aber gefunden, daß die meiſten Vorſtellungen der zu der Schwangerſchaft und Geburt dienenden Theile, welche wir bisher erhalten haben, um verſchiedener Urſachen willen, fehlerhaft ſeyen: als bin ich folgende Tafeln heraus zu geben bewogen worden, in der Abſicht, ſo wohl anderer Fehler dadurch zu verbeſſern, als auch meine dieſe Sache betreffende Gedanken und Schrifften zu erläutern. Wie ferne ich meinen Entzweck erreichet habe, mögen andere beurtheilen, doch will ich hier nur zum Voraus melden, daß der gröſte Theil der Abbildungen nach ſolchen Körpern gemachet worden, die man beſonders hiezu zubereitet hat, um alles, was zu beſſerem Unterricht angehender Practicorum dienlich ſeyn mögte, mit Vermeidung der überflüſſigen Kleinigkeiten, und ſolcher Dinge ſo zu gegenwärtigem Vorhaben nicht gehören, zeigen zu können; daher denn auch die Lage der Theile und das eigentliche Maas eines jeden mehr, als die genaue anatomiſche Unterſuchung ihres Baues, in Betrachtung gezogen worden.

Da dieſe Tafeln wahrſcheinlicher Weiſe, auch ſolchen Leuten in die Hände kommen werden, die mein bereits herausgegebenes Werk nicht geſehen haben: ſo habe ich denſelben eine kurze practiſche Abhandlung beygefüget, welche, ob ſie gleich gar nicht vollſtändig genug iſt, doch zur Erleuterung

De citatione Vol. I, II, III, haec habeto. Vol. I. liber ille eſt, quem anno 1752 prima vice edidi, quo Theoriam atque Praxin artis obſtetriciae tradidi. (*) Vol. II. ſupra memorata indicatur variarum obſeruationum Collectio (**), quae nuper modo in lucem prodidit; III, vero Vol. Continuatio earundem eſt, maximam jam partem abſoluta. Initio quidem duas et viginti editurus tantum eram Tabulas, ante binos jam annos a D. RYMSDYKE delineatas; ſed facile videbam, vberiorem illuſtrationem, atque adeo plures etiam requiri Tabulas. Sunt inter eas vndecim numero, in quibus conficiendis multum me juuit opera D. D. CAMPER *Franequerae* in *Friſia* medicinae Profeſſor, huc vero pertinent XII. XVI. XVII. XVIII. XIX. XXIV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIV. et XXXVI. Reliquas delineauit D. RYMSDYKE, ſi excipias trigeſimam ſeptimam nonamque, alius manu pictas. Omnes, quod reliquum eſt, delineationes, ſumma cura in aes incidit D. GRINGNION; quo tamen ipſae Tabulae minoris venirent plurimorumque vſui accomodatiores eſſent, curaui vt artifex in illis excudendis plus perſpicuitati quam elegantiae ſtuduerit.

(*) Liber hic tertia jam vice anglice prodiit, en titulum: *A Treatiſe on the Theory and Practice of Midwifery.* By W. SMELLIE M.D. Vol. I. *The third Edition, corrected.* London. Prindet for *D. Wilſon*, and *T. Durham* at Plato's Head, in the Strand. MDCCLVI. 8vo. Proſtat etiam bona, hujus libri, in germanicam linguam translatio: *Herrn* W. SMELLIE, *der Arzeneykunſt D.* theoretiſche und practiſche Abhandlung von der Hebammenkunſt. *Aus dem Engliſchen überſezet, von* JOHANN ERNST ZEIHER *der Arzeneykunſt D.* Altenburg, bey Paul Emanuel Richter 1755. 8vo.

(**) *A Collection of Caſes and Obſervations in Midwifery.* By WILLIAM SMELLIE M. D. To illuſtrate his former Treatiſe, or *Firſt Volume*, on that *Subject.* Vol. II. London, printed for *D. Wilſon* and *T. Durham*, at Plato's Head, in the Strand. MDCCLIV. In *vniverſali illo Lipſienſi Catalogo*, quo libri recenſentur qui nundinis autumnalibus 1757 prodiere, hujus quoque libri promittitur *germanica translatio*, ſumptibus Richterianis, *Altenburgi* proditura.

vieler Sachen dienen kan, deren bloſe Vorſtellung kaum verſtändlich ſeyn würde.

Wenn ich den I, II und III Theil anführe: ſo verſtehe ich durch den I Theil mein Buch ſo ich im Jahr 1752 das erſtemal herausgegeben, worinnen die theoretiſche und practiſche Abhandlung von der Hebammenkunſt enthalten iſt (*); der II Theil iſt die oben angeführte Sammlung verſchiedener Vorfälle und Wahrnehmungen (**) ſo eben erſt heraus gekommen; und der III Theil iſt eine Fortſezung derſelben, womit ich es bereits weit gebracht habe. Anfangs war ich willens nur 22. dieſer Tafeln heraus zu geben, welche Herr Rymsdyke bereits vor zweyen Jahren ausgefertiget hatte; allein ich wurde bald innen, daß eine mehrere Erläuterung und alſo auch mehrere Tafeln nöthig wären. Bey eilf dieſer Tafeln hat mir Herr Doctor Camper Profeſſor der Arzeneykunſt zu Franecker in Friesland viel geholfen, und dieſe ſind die XII. XVI. XVII. XVIII. XIX. XXIV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIV und XXXVI. Die übrigen hat Herr Rymsdyke gezeichnet, die ſieben und dreyſigſte und neun und dreyſigſte ausgenommen, welche von anderer Hand ſind. Alle Zeichnungen ſind von Herrn Gringnion auf das genaueſte in Kupfer geſtochen worden; doch hat man dabey nicht ſo wohl auf einen zarten und zierlichen, als auf einen ſtarken und deutlichen Stich geſehen, wobey die Hauptabſicht dahin gieng, das Werk wohlfeil und alſo gemeinnüziger zu machen.

(*) Von dieſem Buch iſt bereits die dritte Ausgabe in engliſcher Sprache heraus, welche folgenden Titel führet: A Treatiſe on the Theory and Practice of Midvvifery. *By* W. SMELLIE M.D. Vol. I. *The third Edition, corrected.* London. Prindet for *D. Wilſon* and *T. Durham* at Plato's Head in the Strand. MDCCLVI. 8vo. Auch haben wir hievon eine gute deutſche Uberſetzung: Herrn W. Smellie, der Arzeneykunſt *D.* theoretiſche und practiſche Abhandlung von der Hebammenkunſt. Aus dem Engliſchen überſezt, von Joh. Ernſt Zeiher der Arzeneykunſt *D.* Altenburg, bey Paul Emanuel Richter 1755. 8vo.

(**) Der Titel heiſt im Engliſchen: A Collection of Caſes and Obſervations in Midvvifery. *By* WILLIAM SMELLIE, M.D. To illuſtrate his former *Treatiſe*, or *Firſt Volume*, on that *Subject.* Vol. II. London, printed for *D. Wilſon* and F. *Durham*, at Plato's Head, in the Strand. MDCCLIV. In dem Leipziger Catalogo vniverſali von der Michael-Meſſe 1757. wird auch von dieſem Buch eine Uberſetzung, aus der Richteriſchen Buchhandlung zu Altenburg verſprochen.



J. M. Seligmann sculps. et excud. Norimbergæ.

TABVLA PRIMA

sistitur bene conformata *Peluis* ab anteriore parte.

A Quinque *Vertebræ* lumborum.
B Os *sacrum*.
C Os *Coccygis*.
DD Ossa *Ilium*.
EE Ossa *Ischia*.
F Ossa *Pubis*.
G Foramina *magna*.
HH Bina *Acetabula*.
IIIII Margo *Peluis*, vel ea cauitatis ipsius circumferentia, quam ad latera inferior *Ossium Ilium* pars, in postica anticaque parte superiores *Ossium Pubis Ossisque sacri* describunt partes.

Notari in hac tabula, præter propriam diuersorum ossium structuram atque formam, præ ceteris mentur, ipsius circumferentiæ *Peluis* mensura, nec non binarum inferiorum partium *Ossium Ischiorum* distantia. Apparet hic etiam majorem esse ad circumferentiam, ab vno latere ad alterum, peluis cauitatem, quam a parte postica ad anticam; inferius vero, ratione laterum, inuerso rem se habere modo. Minime tamen hinc concludendum est, quamlibet *Peluim* eandem habere formam ejusdemque esse mensuræ, quum & optimæ formæ *Pelues* differant. Vtplurimum æquat amplitudo quam *Peluis* ad marginem habet, ab vno alterum latus versus, quinque pollices, quartamque pollicis partem; a parte vero postica anteriorem versus pollices quatuor, quartamque pollicis partem, eadem etiam est amplitudo inter binas inferiores *Ossium Ischiorum* partes. Quæ vero hic de mensura dicuntur, de sceleti ossibus intelligenda sunt: ipso enim in copore, ob tegumenta partesque in *Pelui* contentas, minor illius est cauitas. Congruit cum ipsa minori hac cauitate, capitis *perfecti Fœtus* amplitudo: distat enim altera auris ab altera tres cum dimidio, sinciput vero ab occipite, quatuor pollices, quartamque pollicis partem.

Vid. Tab. XVI. XVII. & XVIII. vt & Part. I. Cap. I. Sect. 1. 2. 3. vbi de conformatione & dimensione *Peluis*, æque ac de capite fœtus, nec non de ratione qua ipso in partu per peluim protruditur, fusius traditum fuit. Confer. quoque Part. II. Collect. I. No. 1. 2. vbi exempla docent conquestum fuisse de *Pelui*, quum atrociores partus dolores accusari debuerint.

Die Erste Tafel

stellet die Knochen eines wohlgestalten Beckens von vornen vor.

A Die fünf Wirbelbeiner der Lenden.
B Das heilige Bein.
C Das Schwanzbein.
DD Die Darmbeine.
EE Die Hüftbeine.
F Die Schambeine.
G Die grossen Hüftbeinlöcher.
HH Die beeden Pfannen.
IIIII Der Rand des Beckens, oder derjenige Umkreis seiner Höle, welchen an den Seiten der untere Theil der Darmbeine, hinten und vornen aber die obern Theile der Schambeine und des heiligen Beines beschreiben.

In dieser Tafel ist, ausser dem besondern Bau und der Gestalt der verschiedenen Knochen, das Maas des Umkreisses des Beckens und der Abstand der beeden untern Theile der Hüftknochen vornämlich zu bemerken, da denn erhellet daß die Höle am Umkreis von einer Seite zur andern weiter, als von hinten nach vornen seye; daß es sich aber untenher, mit den Seiten, gerad umgewandt verhalte. Doch darf der Leser hieraus nicht schliessen, daß alle Becken an Gestalt und Maas mit einander überein kommen, indem auch die wohlgestaltesten in etwas von einander unterschieden sind. Ueberhaupt beträgt das Maas des Beckens an seinem Rand, von einer Seite zur andern, fünf und einen Viertelszoll; von hinten nach vornen aber vier und einen Viertels Zoll, und zwischen den untern Theilen der Hüftbeine befindet sich gleiche Weite. Doch ist alles das, was hier vom Maas gemeldet wird, von einem Scelet zu verstehen: denn im Körper selbst, wird die Höle des Beckens von den Bedeckungen und den in ihm enthaltenen Theilen um vieles vermindert. Mit dieser verminderten Weite der Höle stimmet nun das Maas des Kopfes einer ausgewachsenen Frucht überein, als welches sich von einem Ohr zum andern auf vierthalb Zoll, und auf vier und einen Viertelszoll vom Vorderhaupt bis zum Hinterhaupt erstrecket.

S. die XVI. XVII. und XVIII. Tafel, wie auch den I. Theil im ersten Cap. im 1. 2. 3. Abschnitt, woselbst von der Gestalt und dem Maas des Beckens so wohl, als von dem Kopf der Frucht, und von der Art wie solcher in der Geburt durch das Becken getrieben wird, umständlich gehandelt worden. Auch kan im II. Theil die I. Sammlung No. 1. 2. nachgesehen werden, woselbst solche Fälle angeführet sind, da man über das Becken Klagen geführet, welche doch der schweren Geburtsarbeit zuzuschreiben waren.

TABVLA SECVNDA

Peluim monſtrat in longitudinem diſſectam, a facie interna.

A Tres inferiores lumborum *vertebrae.*
B *Os Sacrum.*
C *Os Coccygis.*
D *Os Ilium* ſiniſtrum.
E *Os Iſchium* ſiniſtrum.
F *Os Pubis* ejusdem lateris.
G Acuta apophyſis vel Spina *Oſſis Iſchii.*
H *Foramen magnum.*
III Circumferentia *Peluis.*

Oſtendit Tabula haec diſtantiam ſuperioris partis *Oſſis ſacri* ab *Oſſibus pubis*, nec non diſtantiam horum oſſium ab *Oſſe coccygis*, quae vtrimque quatuor fere pollices vnamque quartam pollicis partem aequat. Cernitur hic quoque altitudo partis poſterioris, anterioris lateralisque *Peluis*, non ad ipſius corporis lineam directionis, ſed ad axim *Peluis*, a circumferentia ipſius inferiora verſus, quae altitudo poſterius vt plurimum ter ſuperat altitudinem partis anterioris; lateralis vero altitudo duplo major eſt anteriore.

Repraeſentat porro haec diſſectae *Peluis* icon angulum, quem vltima Lumborum *Vertebra* ſuperiorque *Oſſis ſacri* pars formant, nec non cauitatem *Peluis* poſterius interiusque ex eiusdem oſſis, *Oſſisque Coccygis* curuatura oriundam, vt & diſtantiam vltimi hujus oſſis a poſteriore parte *Oſſium Iſchiorum.*

Vid. Tabb. XVI. XVII. XVIII. XIX. & loca Part. I. atque II. in explicatione primae Tabulae jam citata.

Die Zweyte Tafel

zeiget ein nach der Länge entzweygeſchnittenes Becken von der innern Seite.

A Die drey untern Wirbelbeiner der Lenden.
B Das heilige Bein.
C Das Schwanzbein.
D Das linke Darmbein.
E Das linke Hüfftbein.
F Das Schambein der nämlichen Seite.
G Der ſpitzige Fortſatz des Hüfftbeines.
H Das groſſe Loch.
III Der Umkreis des Beckens.

Dieſe Platte zeiget den Abſtand des obern Theiles des heiligen Beines von den Schambeinen, wie auch den Abſtand dieſer letzern Beine von dem Schwanzbein, welcher in beeden Fällen ungefähr vier und einen Viertelszoll beträget. Auch zeiget ſich hier die Tiefe des hintern, vördern und Seitentheiles des Beckens, nicht nach der Linie des Körpers, ſondern nach der Achs des Beckens von ſeinem Umkreiß nach unten, welche insgemein hinten dreymal, an den Seiten aber zweymal tiefer, als vornen iſt.

In dieſer Anſicht zeiget ſich auch der Winkel den das lezte Wirbelbein der Lenden mit dem obern Theil des heiligen Beines machet, wie auch der hohle Raum, der hinten und innenher im Becken, von der Krümme dieſes Beines und des Schwanzbeines entſtehet, und endlich ſiehet man auch hier wie weit von dieſem der hintere Theil der Hüfftbeine abſtehe.

S. die XVI. XVII. XVIII. XIX. Tafel, wie auch den I. und II. Theil wie ſie bereits bey der vorigen Tafel angeführet worden.

I. M. Seligmann sculp. et excud. Norimbergæ.

I. M. Seligmann sculps. et excud. Norimb.

TABVLA TERTIA

Peluim exhibet male conformatam, ab anteriore parte.

A Quinque *Vertebræ* lumborum.
B Os *ſacrum*.
C Os *Coccygis*.
DD Oſſa *Ilium*.
EE Oſſa *Iſchia*.
F Oſſa *Pubis*.
G Foramina *magna*.
HH Bina *Acetabula*.

Diſci poteſt hac ex icone quantum ſit periculum, in quo mater æque ac infans verſatur, ſi *Peluis* tam male ſit conformata; quum ſuperioris circumferentiæ pars poſterior, ab anteriore, binos tantum cum dimidio diſtet pollices, eademque inter bina *Oſſa Iſchia* ſit diſtantia. *Vide* Taab. XXVII. vbi *Peluis* ſiſtitur quarta pollicis parte in circumferentia anguſtior, quam hæc eſt, quæ vero inferius ſat habet amplitudinis. Variant diſtortarum *Peluium* formæ, ſed modo indicata præ reliquis maxime eſt communis. Quæ tamen practicorum eſt felicitas, rarius occurrunt *Pelues* adeo anguſtæ, licet & anguſtiores dentur. In omnibus vero caſibus hiſce majus minusue eſt periculum, prout *Peluis* magis minusue diſtorta, ipſiusque fœtus caput, quod ad magnitudinem attinet, fuerit comparatum.

Vide Vol. I. Lib. I. Cap. I. Sect. 4, 5. & Vol. II. Coll. 1. No. 3, 4, 5. Coll. porro 21, 27 & 29.

Die Dritte Tafel

ſtellet ein unförmliches Becken von vornen vor.

A Die fünf Wirbelbeiner der Lenden.
B Das heilige Bein.
C Das Schwanzbein.
DD Die Darmbeine.
EE Die Hüftbeine.
F Die Schambeine.
G Die groſſen Hüftbeinlöcher.
HH Die beeden Pfannen.

Aus dieſer Platte iſt zu erſehen, was für groſſe Gefahr, ſo wohl der Mutter, als dem Kind bevorſtehe, wenn das Becken eine ſo unförmliche Geſtalt hat; indem es in ſeinem Umkreis, von hinten nach vornen zu, nur dritthalb Zoll weit iſt, und die untern Theile der Hüftbeine eben auch nicht weiter von einander abſtehen. S. die XXVII. Tafel, wo ein Becken, um einen Viertelszoll enger an ſeinem Umkreis als dieſes, unten aber weit genug iſt. Die Form der ungeſtalten Becken iſt gar verſchieden; doch iſt die erſt angeführte die gemeinſte; unterdeſſen iſt es in der Practic ein groſſes Glück, daß ſie ſelten ſo enge ſind, ob es gleich auch Exempel von noch engern giebt. In allen dieſen Fällen muß die Gefahr gröſſer oder geringer ſeyn, nachdem das Becken mehr oder weniger ungeſtalt, und die Gröſſe des Kopfes vom Kind beſchaffen iſt.

S. den I. Theil und des I. Buches I. Capitel im 4. und 5. Abſchnitt. Wie auch des II. Theils 1. Sammlung No. 3, 4, 5. Ferner die 21, 27 und 29 Sammlung.

TABVLA QVARTA

externas Foeminae ad generationem facientes monſtrat partes.

A Inferior *Abdominis* pars.
BB *Labia pudendi* diſtracta.
C *Clitoris* ejusque *Praeputium.*
DD *Nymphae.*
E *Foſſa magna* vel *Os externum.*
F *Meatus vrinarius.*
G *Froenum labiorum.*
H *Perinaeum.*

I *Anus.*
K Pars extremum *Coccygis* tegens.

LL Partes tubera *Oſſium Iſchiorum* tegentes.

Quum ſummi res ſit momenti vt omnes, qui artem oſtetriciam exercent, ſitum partium, ad partus negotium ſpectantium, probe noſcant, quas ipſas anteriores anatomici, hoc certe conſilio minus, atque adeo parum accurate, deſcripſerunt: hanc iconem exhibere volui, imaginem ſiſtens harum partium, quas eum in finem ſeruo, vt illas in lectionibus meis monſtrare queam. Apparet vero ex conſideratione ſitus partium, non ſitum eſſe *Os externum* in medio inferioris partis *Peluis*, ſed in parte anteriore inferioreque ipſius *Pubis*, *Labiaque* ſimiliter anteriorem partem *Oſſium Pubis* tegere.

Obſeruandum *ſecundo* eſt, diſtare *Fraenum Labiorum*, quod inferiori parti *Oſſium Pubis* jungitur, vnum fere tantum pollicem ab *Ano*, hunc vero ab *Oſſe Coccygis* tres propemodum remotum eſſe pollices, atque adeo, *Anum* propius abeſſe ab *Oſſibus Pubis* quam a *Coccyge.*

Docet *tertio* hujus ſequentisque Tabulae conſideratio, quae in tangendo, examinandoque *Orificio Vteri* adhibenda ſit cautio, ne partes laedantur vel inflammatione afficiantur, quum appareat *Os Externum* anteriora *Pubemque* verſus, *Os* vero *Vteri* poſteriora verſus prope *Inteſtinum rectum, Coccygisque Os* ſuam habere ſedem. Sapienti hac Naturae diſpoſitione, multa ſaepe praecauentur incommoda, certo certius oritura, ſi hae partes ſibi eſſent oppoſitae ſedemque ſuam in media atque inferiore *Peluis* haberent parte; ſic praeſertim, in non grauidis, vel & in primis quatuor grauiditatis menſibus facile fieri poſſet *Vaginae* atque *Vteri Prolapſus*, vltimis vero menſibus, praematurus partus.

Apparet *quarto* ex conſideratione ſitus partium, protrudi, in ipſis partus laboribus, vbi *Os Vteri* ſufficienter pro tranſitu capitis *Foetus* eſt apertum, illud ipſum *Os* inferiora *Vaginae* verſus, valdeque hinc externas tumere partes, vt in XV. Tabula.

Notari *tandem* debet, quod, vbi *Os Externum* neceſſario ſit dilatandum, vis maxima inferiora *Rectumque* verſus ſit dirigenda, ne *Vrethra* veſicaeque ceruix laedatur vel inflammationem contrahat.

Vide Vol. I. Lib. I. Cap. 2. Sect. I. Voll. II. Coll. 2.

Die Vierte Tafel

zeiget die äuſſerlichen zur Fortpflanzung des Geſchlechtes gehörigen Theile einer Frauen.

A Der untere Theil des Bauches.
BB Die von einander geſonderte Schamlippen.
C Die weibliche Ruthe mit ihrer Vorhaut.
DD Die Nymphen.
E Die groſſe Höle oder die äuſſere Mündung.
F Der Harngang.
G Das Band der Lippen.
H Der Raum zwiſchen der Scham und dem After.
I Der After.
K Der Theil ſo das Ende des Schwanzbeines bedecket.
LL Die Theile ſo die Erhöhungen der Hüftbeine bedecken.

Da es für einem jeden der die Hebammenkunſt treibet etwas höchſt wichtiges iſt, daß er die Lage der Geburtstheile, welche in dieſer Abſicht von den vorigen Anatomiſten nicht recht beſchrieben worden, auf das genaueſte kenne: ſo habe ich dieſe Abbildung derſelben mittheilen wollen, welche nach denjenigen Theilen gemachet worden, die ich zu dem Ende aufbehalte, damit ich ſie in meinen Vorleſungen zeigen könne. Betrachtet man nun die Lage der Theile, ſo wird man finden, daß die äuſſere Mündung nicht in der Mitte des untern Theiles vom Becken befindlich ſeye, ſondern am vördern und untern Theil der Scham, und daß die Lippen ebenfals den untern Theil dieſer Beine bedecken.

Zweytens iſt zu betrachten, daß weil das Band der Lippen, welches nahe am untern Theil der Schambeine iſt, nur bey einem Zoll weit vom After abſtehet, welcher vom Schwanzbein faſt drey Zoll entfernet iſt; es folge, daß der After näher bey den Schambeinen als beym Schwanzbein ſeye.

Drittens erhellet aus der Betrachtung dieſer und der folgenden Tafel, wie man in Anſehung der Befühlung und Unterſuchung des Muttermundes zu verfahren habe, ohne daß die Theile beſchädiget und entzündet werden, indem man ſiehet, daß die äuſſere Mündung vorwärts nach der Scham zu, und der Muttermund ruckwärts nach dem Maſtdarm und dem Schwanzbein gerichtet ſeye. Durch dieſe weiſſe Einrichtung der Natur wird öffters vielen ſchlimmen Zufällen vorgebauet, welche entſtehen müſten, wenn dieſe Theile gegen einander über ſtünden, und in der Mitte des untern Theiles des Beckens ihre Lage hätten. Sonderlich wird dadurch ein Vorfall der Scheide oder der Mutter verhütet, welcher entweder bey einer nicht ſchwangern Perſon, oder auch bey einer ſchwangern in den vier erſten Monaten entſtehen könnte; wie auch eine frühzeitige Geburt in den lezten Monaten.

Viertens zeiget die Betrachtung der Lage der Theile, daß, währender Geburt, der Muttermund, wenn er, um des Kindes Kopf durchzulaſſen, genug eröffnet iſt, nach den untern Theil der Scheide getrieben werde, wovon denn die äuſſeren Theile gleich einer Geſchwulſt hervortretten, wie in der XV. Tafel.

Endlich iſt zu beobachten, daß wenn es nöthig iſt die äuſſere Mündung zu erweitern, man ſonderlich nach unten zu und gegen den Maſtdarm Gewalt brauchen könne, damit die Harnröhre und der Blaſenhals keinen Schaden leiden, oder ſich nicht entzünden.

S. im I. Theil das I. Buch, Cap. 2. Abſchnitt 1. II. Theil 2. Sammlung.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K

TAB. V.

Fig. I.



Fig. II.



Fig. III.



I. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA QVINTA.

Icon I. Vterum monſtrat in ſitu, in vagina ſuſpenſum, ab anteriore parte. Vt vero interiores partes conſpiciantur, ablata ſunt, pars anterior oſſium iſchiorum cum oſſibus pubis, pubes, perinaeum atque anus.

A Extrema *Lumborum Vertebra.*
BB *Oſſa Ilium.*
CC *Acetabula.*
DD Inferior poſteriorque *Oſſium Iſchiorum* pars.
Vid. Tab. XXIX. in qua *Oſſa Pubis* nec non anteriores *Oſſium Iſchiorum* partes, punctis indicantur.
E Pars extremum *Os Coccygis* tegens.
F Inferior *Inteſtini Recti* pars.
GG *Vagina* in longitudinem diſſecta atque ad latera *Colli Vteri* retracta, vt monſtretur, qua ratione *Vterus* in ipſa ſit ſuſpenſus.
HH *Veſicae* pars ad latera Vaginae inferiorisque partis *Fundi Vteri* retracta.

I *Collum Vteri.*
K *Fundus Vteri.*
LL *Tubae Fallopianae* earundemque *Fimbriae.*
MM *Ouaria.*
NN *Ligamenta lata* et *rotunda.*
OO Superior pars *Inteſtini recti.*

II. Icon internas exhibet partes, quales ſeſe in Pelui in longitudinem diſſecta ſiſtunt, ſi a dextra contemplentur.

A Infima *Lumborum Vertebra.*
BC *Os ſacrum* cum *Oſſe Coccygis.*
D *Os Ilium* ſiniſtrum.
E Pars inferior *Oſſis Iſchii* ſiniſtri.
F *Os Pubis* ejusdem lateris.
G *Foramen Magnum.*
H *Acetabulum.*
III Inferior pars *Inteſtini Recti* cum *Ano.*
K *Os externum* nec non *Vagina* cum *Orificio Vteri.*

L *Veſica.*
MN *Collum* atque *Fundus Vteri* cum vtriusque cauitate. Cernitur heic quoque qua ratione *Vagina* cum exterioribus marginibus labiorum oris vterini ſit concreta, qualisque *Vteri* ſit ſitus, ab *Inteſtinis* et *Veſica* in cavam inferioremque *Oſſis Sacri* partem, inferiora verſus retrorſumque, preſſi.

O *Ligamentum latum* atque *rotundum* ſiniſtri lateris.
PP *Tuba Fallopiana* cum *Fimbria*, nec non
Q *Ouarium* ejusdem lateris.
RR Superior *Recti* et inferior *Coli* pars.

III. Icon monſtrat Vterum ab anteriore parte, qualem ſe initio primi grauiditatis menſis conſpiciendum praebet. Ablata eſt pars anterior, vt per Amnion, a quo Chorion eſt detractum, Embryo conſpiciatur.

A *Fundus Vteri.*
B *Collum Vteri* cum canale rugoſo in cauitatem *Fundi Vteri* ducente.
C *Os Vteri.*
Vide Vol. I. Lib. I. C. 2. Sect. 2, 3. Vol. II. Coll. 3.

Die Fünfte Tafel.

Die I. Figur, zeiget die Gebährmutter in ihrer Lage wie ſie in der Scheide hanget, von vornen; da denn, damit die inneren Theile geſehen werden, der vordere Theil der Hüftbeine nebſt den Schambeinen, die Scham, die Raht zwiſchen dieſer und dem After, und der After ſelbſt hinweggenommen worden.

A Das lezte Wirbelbein der Lenden.
BB Die Darmbeine.
CC Die Pfannen.
DD Der untere und hintere Theil der Hüftbeine.
S. die XXIX. Tafel, wo die Schambeine und die vordern Theile der Hüftbeine mit punctirten Linien angezeiget ſind.
E Der Theil, ſo das Ende des Schwanzbeines bedecket.
F Der untere Theil des Maſtdarms.
GG Die Scheide, ſo nach der Länge geöffnet und an den Seiten des Mutterhalſes zuruckgezogen worden, um zu zeigen wie die Mutter in ſelbiger hange.
HH Ein Theil der Harnblaſe, ſo an den Seiten der Scheide und des untern Theiles vom Grund der Mutter zurück gezogen worden.
I Der Hals der Mutter.
K Der Grundtheil der Mutter.
LL Die Muttertrompeten des Fallopii mit ihren Franzen.
MM Die Eyerſtöcke.
NN Die breiten und runden Bänder.
OO Der obere Theil des Maſtdarms.

Die II. Figur zeiget die innern Theile ſo, wie ſie von der rechten Seite her, in dem nach der Länge getheilten Becken, anzuſehen ſind.

A Das unterſte Wirbelbein der Lenden.
BC Das heilige Bein und Schwanzbein.
D Das linke Darmbein.
E Der untere Theil des linken Hüftbeines.
F Das Schambein der nämlichen Seite.
G Das groſſe Loch.
H Die Pfanne.
III Der untere Theil des Maſtdarms, und der After.
K Die äuſſere Mündung und die Scheide, nebſt dem in dieſer frey liegenden Muttermund.
L Die Harnblaſe.
MN Der Hals und Grund der Mutter nebſt der Höle von beeden. Auch zeiget ſich hier, wie die Scheide an den äuſſern Seiten der Lippen des Muttermundes angewachſen ſeye, und die Lage der Mutter, wenn ſie von den Gedärmen und der Harnblaſe, in den holen und untern Theil des heiligen Beines, unter ſich und ruckwarts gedruckt wird.
O Das breite und runde Band der linken Seite.
PP Die Trompete des Fallopii mit ihren Franzen, und
Q Der Eyerſtock der nämlichen Seite.
RR Der obere Theil des Maſtdarms, und der untere des Grimmdarms.

Die III. Figur, zeiget wie die Mutter im Anfang des erſten Monats der Schwängerung ausſiehet, von vornen. Der vordere Theil iſt hinweg genommen, damit man durch das innere Häutlein (Amnios) von welchem das äuſſere (Chorion) abgezogen worden, den Embryon, oder die Frucht ſehen könne.

A Der Grund der Mutter.
B Der Hals der Mutter, nebſt dem gefalteten Canal, der zur Höle des Grundes leitet.
C Der Muttermund.
S. den I. Theil im 1. B. C. 2. Abſch. 2, 3. Theil II. Samml. 3.

TABVLA SEXTA.

Icon I. monſtrat partes, ope ejusdem ſectionis, Icone prima praecedentis Tabulae repraeſentatas, Vterum vero ea facie, quam ſecundo tertioue grauiditatis menſe habere ſolet; ablata vero hic eſt anterior ipſius pars.

F *Anus.*
G *Vagina* ipſiusque *Rugae.*
HH Poſterior inferiorque *Veſicae* pars ad latera remota; ablata eſt anterior ſuperiorque illius Portio.

II *Os* atque *Collum Vteri*, nonnihil digito per *Vaginam* inſerto eleuata.

KK *Vterus* ſecundo jam tertioue menſe expanſus, in quo *Embryo, placenta ad Vterum* adhaerens, cernitur.

Docent haec praecedensque Tabulae, hoc tempore, ratione grauiditatis, per tactum in *Vagina* nihil poſſe cognoſci: adeo enim leuis *Vteri* eſt reſiſtentia, vt digito eleuetur; licet vero reniteretur, colli tamen longitudo impedimento foret, quo minus ejusdem expanſio dijudicari poſſet. Quum etiam *Vterus* vltra *Peluim* non aſcendat, ipſam *Abdominis* formam parum immutat, ſi excipias inteſtina ab eodem aliquatenus eleuari, atque hinc forte vulgaris illa orta eſt Obſeruatio, magis planum hoc, quam alio tempore, eſſe Abdomen; quum inteſtina vtrimque ſecedere cogantur. Hoc ipſo tempore frequentius quam alio abortiunt foeminae; attamen magnae in praxi eſt fortunae, quod licet ſaepius ex nimia ſanguinis profuſione valde laedantur, rarius tamen ſuccumbant, quum accedentibus partus doloribus citius tardiusue liberentur: deprimunt namque hi ipſi membranas aquis repletas, atque hinc collum nec non os *Vteri* ſenſim ſenſimque dilatant; ſique *Placenta* ab interiore ſuperficie *Vteri* ſit ſeparata, omnia in ipſo contenta propellunt. Vbi vero *Placenta* adhaereſcit, rumpuntur *Membranae*, *Aquae Foetusque* propelluntur, ſanguinis vero profuſio ſiſtitur; contrahitur enim circa *Placentam Vterus*, atque hinc illa vtplurimum citius tardiusue ejicitur.

Docet tandem, hac praecedentique Tabula repraeſentatarum partium, ſtructura, ſatius eſſe, ſanguinis profluuium coercere, reſtaurandis aegrotae viribus proſpicere, ipſiusque naturae operationem patienter expectare, quam *Os Vteri* dilatare, partumque vel manus, vel inſtrumentorum ope maturare, quum partes vel dilacerari, vel inflammatione affici poſſent.

Vid. C, Tab. XXXVII. nec non Vol. I. L. III. C. 2. Sect. 2, 3, 4. Vol. II. Coll. 12. No. 2.

II. Icon ſiſtit Vterum, quarto quintoue menſe, grauidum, eodem in ſitu ac in praecedenti icone; heic tamen anterior Colli vterini pars non eſt ablata.

Operiuntur naturali in ſitu os labiaque *Vteri* ipſa *Vagina*, quae illis contigua eſt; ſemota tamen hic eſt *Vagina* G a *Collo Labiisque*, vt partes commode conſpiciantur. I collum *Vteri* eſt, hac in icone, craſſius, breuius molliusque quam in praecedenti. K pars inferior *Fundi Vterini*, cujus expanſio nonnunquam digito in *Vaginam* demiſſo, dijudicari poteſt ſi anterius juxta illum promoueatur.

Jam *Vterus* eo vsque eſt expanſus, vt ſuperiorem *Peluis* partem prorſus repleat, jamque tantum capit incrementi, vt margini *Peluis* innitatur, atque eodem fulciatur, ipſe vero *Fundus* illius ſupra *Pubem* aſcendat. Quum vero *Abdomen* nunc magis extendetur, foemina etiam illud in tumorem eleuari percipit, ipſe vero *Vterus*, pondere partium in illo contentarum laterumque renixu firmatur, ita, vt *Os* ipſius impediatur quo minus digito tangenti cedat atque, vt antea, ſurſum aſcendat. Graciliоribus in foeminis diſtenſio *Vteri*, et per *Vaginam*, et ſupra *Pubem* hoc tempore, percipi nonnunquam poteſt; ex renixu vero vel tactu oris *Vteri* labiorumue ipſius nihil certi dijudicatur; quum primis grauiditatis menſibus, eadem ſe habeant ratione ac ante ipſam.

Notanda tandem heic eſt *Foetus* magnitudo, qui *Secundis* ad poſteriorem *Vteri* partem adhaeret.

Vid. loca ad Tabulam praecedentem, ex I. atque II. Vol. citata.

Die Sechſte Tafel.

Die I. Figur, zeiget die Theile wie ſie vermittelſt des nämlichen Schnittes in der erſten Figur der vorigen Tafel vorgeſtellet worden, und die Mutter ſo, wie ſie im zweyten oder dritten Monat der Schwangerſchaft ausſiehet; der vordere Theil derſelben aber iſt hier weggenommen.

F Der After.
G Die Scheide mit ihren Falten.
HH Der hintere und untere Theil der Harnblaſe nach den Seiten ausgebreitet; der vordere und obere Theil derſelben iſt weggenommen.
II Der Mund und Hals der Gebärmutter, wie ſie von dem in die Scheide gebrachten Finger in die Höhe gehoben werden.
KK Die im zweyten oder dritten Monat ausgedehnte Mutter, in welcher der Embryon mit dem am Grund hangenden Mutterkuchen, enthalten.

Aus dieſer und der vorigen Tafel erhellet, daß man zu dieſer Zeit, in Anſehung der Schwangerſchaft, vermittelſt des Anfühlens in der Scheide, nichts erkennen könne; indem der Widerſtand der Mutter ſo geringe iſt, daß ſolche durch den Finger in die Höhe gehoben wird; und ſollte ſie auch gleich nicht weichen, ſo würde doch die Länge ihres Halſes hindern, ihre Ausdehnung zu bemerken. Da auch die Mutter nicht bis über das Becken ausgedehnet iſt, ſo machet ſie in der Form des Unterleibes wenig mehr Veränderung, als daß ſie die Gedärme nur in etwas in die Höhe hebet, und dieſes mag wohl die Urſache von der alten Wahrnehmung ſeyn, daß zu dieſer Zeit der Unterleib etwas platter als ſonſt ſeye; weil die Gedärme mehr nach beeden Seiten getrieben werden. Zu dieſer Zeit ſind die unzeitigen Geburten bey den Weibern mehr als zu anderer gemein; doch iſt es bey der Practic ein groſſes Glück, daß ob ſie gleich öffters durch einen ſtarken Blutſturz ſehr geſchwächet werden, ſie doch ſelten davon unterliegen, weil ſie die dazukommenden Geburtsſchmerzen, nun ehender, nun ſpäter davon befreyen, als welche, durch Niederpreſſung der mit Waſſer angefüllten Häutlein, den Hals und Mund der Mutter nach und nach ausdehnen, und wenn der Mutterkuchen von der innern Fläche der Mutter abgeſondert iſt, alles, was in ſelbiger enthalten iſt, heraustreiben. Wenn aber der Mutterkuchen hangen bleibt, brechen die Häutlein, die Waſſer werden nebſt der Frucht heraus getrieben, und der Blutſturz läßt nach, weil ſich die Mutter um die Nachgeburt zuſammen ziehet, worauf auch dieſe insgemein, nun ehender, nun ſpäter, weggehet.

Endlich erkennet man auch aus dem Bau, der in dieſer und der vorigen Tafel vorgeſtellten Theile, daß es viel ſicherer ſeye, dem Blutſturz Einhalt zu thun, die Kranke zu ſtärken, und die Wirkung der Natur mit Gedult abzuwarten, als den Muttermund zu erweitern, und die Geburt entweder mit der Hand, oder vermittelſt der Inſtrumente zu befördern; weil dadurch die Theile zerriſſen oder entzündet werden könnten.

S. C. auf der XXXVII. Tafel, wie auch den I. Theil im III. Buch, im 2. C. im 2, 3, 4 Abſchn. II. Theil 12. Samml. No. 2.

Die II. Figur ſtellet die Mutter im vierten oder fünften Monat der Schwangerſchaft, in der nämlichen Anſicht, und nach eben dem Schnitt der Theile in voriger Figur vor; doch iſt hier der vordere Theil vom Hals der Mutter nicht weggenommen.

In natürlicher Lage iſt der Mund und die Lippen der Mutter mit der Scheide bedeket, und dieſe Theile berühren einander; hier aber iſt die Scheide G etwas vom Hals und Lippen hinweg gezogen worden, damit die Theile um ſo viel deutlicher zu ſehen ſeyn mögten. I iſt der Hals der Mutter, welcher in dieſer Figur dicker, kürzer und weicher, als in der vorigen ausſiehet. K der unrere Theil des Muttergrundes, deſſen Ausdehnung manchmalen durch die Scheide gefühlet werden kan, wenn man mit einem Finger vornen und an der Seite desſelben hinauf fähret.

Nunmehr iſt die Mutter ſo weit ausgedehnet, daß ſie den ganzen obern Theil des Beckens anfüllet, auch fängt ſie jezt ſo zu wachſen an, daß ſie am Rand desſelben aufſizet und von ſelbigem getragen wird, da ſich denn ihr Grund merklich über die Scham erhebt. Da nun aber der Unterleib mehr ausgebreitet wird, ſo merket die Frau jezt auch daß ſie dicker werde, und die Mutter wird vom Druck der im Unterleib enthaltenen Theile, und von den Seiten desſelben veſt gehalten und verhindert, daß ſich ihr Mund wenn er vom Finger befühlet wird, nicht, wie vorher, in die Höhe begeben könne. Bey magern Frauen kan man die Ausdehnung der Mutter manchmalen, zu dieſer Zeit, ſo wohl in der Scheide, als über der Scham fühlen; aber vermittelſt des Widerſtandes oder der Befühlung des Muttermundes, oder ſeiner Lippen, läſt ſich nichts gewiſſes entdecken; weil ſie insgemein in den erſten Monaten der Schwangerſchaft eben ſo, wie vor ſelbiger, beſchaffen ſind.

Endlich iſt hier auch noch die Gröſſe der Frucht zu bemerken, welche mit ihrer Nachgeburt am hintern Theil der Mutter anhänget.

S. die bey der vorigen Tafel aus dem I. und II. Theil angeführte Stellen.

Fig. I.

Fig. II.

I. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA SEPTIMA

Monstrat foeminae sexto septimoue grauiditatis mense apertum Abdomen.

AAAA Dissecti semotique *Abdominis* parietes.

B *Vterus.*

CCC *Intestina* sursum leuata.

D *Labia Pudendi*, in quibus nonnunquam ipso grauiditatis tempore tumor oritur oedematosus, quum recurrentes venae, *Vasaque lymphatica* ab *Vtero* comprimuntur. Si *Labia* adeo tumeant, vt aegrota incedere vix queat, affectarum partium scarificatione malum tollitur. Emittitur sic ad tempus serosus humor; sed colligitur vtplurimum denuo, ita vt eadem curatio nonnunquam ipsum ante partum saepius sit adhibenda, post illum tamen prorsus euanescit tumor. Obseruandum hic est, malum hoc rarius, quin nunquam ipso in partu vllum afferre posse impedimentum: *Labia* namque in anteriore *Ossium Pubis* parte sunt sita, vixque distensioni *Fraeni*, *Perinaei*, *Vaginae* atque *Recti* officere possunt. Apparet ex icone hac, facile hoc tempore in gracilioribus foeminis, per *Abdominis* parietes, *Vteri*, tactu explorari posse, expansionem, praesertim si *Intestina* minus ante ipsum sint sita. Ascendit vtplurimum tamen *Vterus* vbi sese dilatat, atque hinc ipsa etiam sursum versus leuantur *Intestina* nec non ad latera dimoventur. Quo propius itaque partus instat tempus, eo facilius etiam ipsa *Vteri* percipitur expansio.

Vid. Vol. I. Lib. I. C. 3. Sect. 3. Lib. II. C. 1. Sect. 2. nec non Vol. II. Coll. 12, 13.

Die Siebende Tafel

Stellet den eröffneten Unterleib einer Frauen vor, welche im sechsten oder siebenden Monat schwanger ist.

AAAA Die eröffneten und zurückgelegten Wände des Unterleibes.

B Die Mutter.

CCC Die in die Höhe getriebene Gedärme.

D Die Schamlippen, welche manchmalen in der Schwangerschaft von einer wässerigen Geschwulst auflauffen, die vom Druck der Mutter auf die zuruckgehenden Blutadern und Wassergefäse entspringet. Wenn die Lippen so stark geschwollen sind, daß sie die Kranke am Gehen hindern, so wird dem Ubel abgeholffen, wenn man die leidenden Theile durch kleine Einschnitte öffnet. Hiedurch wird der wässerichen Feuchtigkeit ein Ausflus verschaffet; alleine sie findet sich bald wieder ein, und es mus die nämliche Operation wohl noch etlichemal, vor der Niederkunft, wiederholet werden, nach dieser aber, sizet die Geschwulst gänzlich wieder ein. Hiebey ist zu merken, daß dieses Ubel die Entbindung selten oder niemalen verhindern könne; weil die Lippen am vordern Theil der Schambeine sizen, und die Geschwulst die Ausdehnung des Bandes der Lippen, des Raumes zwischen der Scham und dem After, der Scheide und des Mastdarms nicht zu hemmen vermag. Aus dieser Abbildung erhellet auch ferner, daß man die Ausdehnung der Mutter, zu dieser Zeit, bey magern Personen, durch die Wände des Unterleibes leichtlich fühlen könne; sonderlich wenn die Gedärme nicht vor selbiger liegen. Zwar pfleget die Mutter insgemein, wenn sie sich ausdehnet, immer mehr in die Höhe zu steigen, und so werden die Gedärme auch mehr in die Höhe getrieben und nach den beeden Seiten gedruckt: je näher also die Frau ihrer Zeit kommet; je leichter kan diese Ausdehnung gefühlet werden.

S. des I. Theils I. B. 3. C. 3. Absch. III. B. 1. C. 2. Absch. und des II. Theils 12, 13. Samml.

TABVLA OCTAVA.

Inter partes, ejusdem sectionis ope ac in VI. Tabula repraesentatas, sistitur hic Vterus praecedenti Tabula exhibitus, vt in illo contenta nec non partes internae cernantur, quales sexto septimoue grauiditatis mense apparent.

A *Vterus* ad sedem *Vmbilici* vsque expansus.

BB Superior *Ossium Ilium* pars.
CC *Acetabula.*
DD Residuae posteriores *Ossium Ischiorum* partes.
E *Anus.*
F *Vagina.*
G *Vesica.*
H Collum *Vteri* breuius quam in VI. Tabula, atque ob *Vterum* vltra *Peluis* marginem expansum, sursum magis leuatum.

I *Vteri* vasa ampliora, quam extra tempus grauiditatis.
KK *Placenta* ad inferiorem posterioremque *Vteri* partem adhaerens.
LL *Membranae Foetum* ambientes, cujus caput heic, aeque ac VI. in Tabula, ad inferiorem *Vteri* partem spectat, quem quidem situm *Foetum*, vbi quiescit sufficientique aquarum copiae innatat, semper seruare persuasum habeo, quum caput reliquis partibus sit ponderosius. Quod ad situm *Foetus* attinet, vergunt quidem anteriores ipsius partes in latera posterioremque *Vteri* partem, heic vero, aeque ac praecedenti in Tabula, anteriora spectant, magis perspicuae pictorumque ad morem repraesentatae.

Vid. Vol. I. Lib. I. C. 3. Sect. 3. 4. Vol. II. Coll. 13.

Apparet ex hac Tabula quam sit difficile, hoc ipso tempore, ingruente sanguinis profluuio, ob longitudinem crassitudinemque *vterini colli*, *os Vteri* dilatare, praesertim in foeminis prima vice praegnantibus: interim omnia eadem hic sunt agenda, quae in explicatione VI. Tabulae sunt proposita, donec accedentes dolores *Os Vteri* dilatent. Si profluuium nimium fiat, membranae sunt rumpendae, quo Vterus contrahatur, partusque promoueatur. Quin si necessitas vrgeat, partus per *Oris vterini*, sub accessu dolorum, distensionem est juuandus, his tamen deficientibus, ipsa vero aegrota periclitante, hac ratione excitari etiam possunt. Si periculum instet, atque foemina animam jamjam sit exspiratura, *Vterus*, quemadmodum ex hac ipsa patet Tabula, sat iam est dilatatus, vt tota chirurgi intus esse manus *Foetusque* educi possit, si modo *oris interni* secure tentanda sit distensio.

Obseruandum *tandem* est, hoc ipso, aeque ac sequenti tempore, foeminas, quam prioribus mensibus, majori versari in periculo.

Vid. Vol. I. L. III. C. 4. Sect. 3. No. 1. 2. 3. Vol. III. Coll. 33. No. 2. Conferantur etiam Obseruationes physicae atque litterariae *Edinburgenses.* Art. XVII. quo de dissectione grauidae exponit D. *Donald Monro*, Physicus *Londinensis.*

Die Achte Tafel.

Hier zeiget sich unter den, wie in der VI. Tafel durchschnittenen Theilen, die Mutter wie sie in der vorhergehenden Tafel vorgestellet worden, damit man, was in ihr enthalten ist, nebst den innern Theilen, wie sie im sechsten oder siebenden Monat der Schwangerschaft beschaffen sind, zu sehen bekomme.

A Die bis um die Gegend des Nabels ausgedehnte Mutter.
BB Der obere Theil der Darmbeine.
CC Die Pfannen.
DD Der übrige hintere Theil der Hüftbeine.
E Der After.
F Die Scheide.
G Die Harnblase.
H Der Hals der Mutter welcher kürzer als in der VI. Tafel ist, und höher stehet, weil sich die Mutter über den Rand des Beckens erhoben hat.
I Die Gefäse der Mutter welche grösser, als ausser der Schwängerung sind.
KK Der am untern und hintern Theil der Mutter hangende Mutterkuchen.
LL Die das Kind umgebende Häute, dessen Kopf hier, wie an dem in der VI. Tafel, so vorgestellet ist, daß er unterwarts, am untern Theil der Mutter lieget, welches, wie ich glaube, die ordentliche Lage des Kindes ist, wenn es ruhet, und von einer grossen Menge der Wasser umgeben wird, indem der Kopf schwerer als die übrigen Theile ist. Was die Lage vom Körper des Kindes anbetrift, so sind die vordern Theile desselben zwar öffters nach den Seiten und den hintern Theil der Mutter gekehret; hier aber zeigen sie sich, wie in der vorhergehenden Tafel, nach vornen liegend, um solche deutlicher und mahlerischer vorzustellen.

S. des I. Theils I. B. 3. C. 3. 4. Absch. II. Theil 13. Samml. No. 1.

Aus dieser Tafel erhellet, wie schwer es seye, auch zu dieser Zeit, bey einem Blutflus den Muttermund, wegen der Länge und Dicke des Halses der Mutter, sonderlich bey solchen die das erstemal schwanger sind, zu erweitern: unterdessen kan man hier fast eben so verfahren, wie bey der VI. Tafel gezeiget worden, bis sich die Wehen einstellen und den Muttermund erweitern. Wäre der Blutflus stark, so müssen die Häute gesprenget werden, damit sich die Mutter zusammenziehen könne und ihre Ausleerung befördert werde. Wenn es noth ist kan solche auch durch Erweiterung des Muttermundes, währender Schmerzen, befördert werden, und in dieser Ermanglung, kan man selbige, wenn die Patientin in Gefahr ist, auf gleiche Weise erregen. Ist die Gefahr so gros, daß der Tod der Frauen zu befürchten zu seyn scheinet, so ist, wie unsere Tafel zeiget, die Mutter zu dieser Zeit weit genug ausgedehnet, daß der Oprateur seine Hand hinein bringen und das Kind heraus ziehen könne, wenn nur der Muttermund sicher erweitert werden kan.

Endlich ist auch noch zu merken daß die Weiber um diese Zeit, und auch nach solcher, in grösserer Gefahr, als in den ersten Monaten seyen.

S. des I. Theils III. B. 4. C. 3. Absch. No. 1. 2. 3. III. Theil 33. Samml. No. 2. S. ferner in der Edenburgischen neuen Versuche und Bemerkungen ꝛc. XVII. Art. die Anatomie einer Schwangern von D. Donald Monro, einem Londnischen Arzt.



I.M. Seligmann sc. et excud. Norimbergae.

J. M. Seligmann sculps et excud. Norimbergae.

TABVLA NONA

Repræsentat inter partes eadem ratione ac antea dissectas, *Vterum* octauo nouue mense grauidum.

A *Vterus*, in quantum ampliari potest, expansus, aquas *Foetumque Funiculo* circumplicatum continens, cujus caput prope superiorem *Peluis* haeret partem.
BB Superior *Ossium Ilium* pars.
CC *Acetabula.*
DD Reliquae *Ossium Ischiorum* partes.
E *Coccyx.*
F Inferior *Recti* pars.
GGG *Vagina* ad latera remota.

H *Os Vteri*, cujus labia majora mollioraque quam praecedenti in tabula esse videntur, quum *Ceruix Vteri* similiter prorsus sit expansus, vel omino euanuerit.

II *Vesicae* pars.
KK *Placenta* in superiore posterioreque *Vteri* parte adhaerescens.
LL *Membranae.*
M *Funiculus vmbilicalis.*

Monstrat haec praecedensque tabula, qua ratione *Vterus* expandatur, illiusque *Ceruix*, sub variis grauiditatis periodis, decrescat; ipsius etiam heic ostenditur *Foetus* magnitudo pro meliore explicatione eorum, quae Vol. I. Lib. I. Cap. 3. Sect. 4. 5. & Lib. III. Cap. 1. Sect. 1. 2. vt et Vol. II. Coll. 13. No. 1. dicta sunt.

Licet vero, jam ab ipsis artis primordiis, ad nostra vsque tempora, pro certo habitum fuerit, si *Foetus* capite prodeat, spectare faciem ipsius posteriorem *Peluis* partem; attamen D. OVLD obseruatio aeque ac nuper factae *grauidi Vteri* dissectiones, vt et ea quae ipse, artem exercens, notaui, in eam me adducunt opinionem, vt credam, prodire caput vtplurimum ea ratione directum, qua heic est delineatum, ita vt altera auris *Pubem*, altera *Os sacrum* spectet; qua tamen in re, pro capitis aeque ac *Peluis* conformatione, varietas nonnunquam esse potest.

Conferantur heic D. HVNTER elegantes *grauidum Vterum* exhibentes Tabulae.

Die Neunte Tafel.

Unter den, wie in der vorigen Tafel, abgebildeten und durchschnittenen Theilen wird hier die Mutter vorgestellet, wie sie im achten oder neunten Monat der Schwängerung aussiehet.

A Die Mutter, in ihrer völligen Ausdehnung, mit den Wassern und dem mit der Nabelschnur verwickelten Kind, dessen Kopf am obern Theil des Beckens stehet.
BB Der obere Theil der Darmbeine.
CC Die Pfannen.
DD Der noch übrige hintere Theil der Hüftbeine.
E Das Schwanzbein.
F Der untere Theil des Mastdarms.
GGG Die Scheide so nach jeder Seite zurück gezogen worden.
H Der Muttermund, dessen Lippen grösser und weicher als in der vorigen Tafel aussehen, auch ist der Hals der Mutter nun völlig ausgedehnet, so, daß er sich ganz verlohren zu haben scheinet.
II Ein Theil der Harnblase.
KK Der am obern und hintern Theil der Mutter hangende Mutterkuchen.
LL Die Häutlein.
M Die Nabelschnur.

Diese und die vorige Tafel zeigen, wie sich die Mutter ausdehne, und wie ihr Hals, zur Zeit der Schwangerschaft, nach und nach kürzer werde: auch ist hier die Grösse des Kindes zu bemerken, zur bessern Erläuterung dessen, was im I. Theil, im I. Buch, im 3. Capitel, im 4. und 5. Abschnitt, wie auch im III. Buch, im 1. Cap. im 1. und 2. Abschnitt, und im II. Theil, in der 13. Sammlung, No. 1. vorkommet.

Ungeachtet vom ersten Anfang der Kunst an bis auf unsere Zeiten, als eine sichere Wahrheit, gelehret worden, daß wenn das Kind mit dem Kopf komme, das Gesichte desselben nach den hintern Theil des Beckens gekehret seye, so sollte mich doch so wohl die Wahrnehmung des Herrn Ulds, als auch die seit kurzem angestellten Oeffnungen der Mutter schwangerer Weiber, nebst dem was ich in der Practic beobachtet habe, auf die Meynung bringen, daß der Kopf meistens so komme, wie er hier vorgestellet worden, und mit einem Ohr nach dem Schambein, mit dem andern aber nach dem Heiligen Bein gekehret seye; doch kan so wohl die Form des Kopfes, als des Beckens, hierinnen manchmalen eine Aenderung machen.

Hier können auch die schönen Tafeln des Herrn Hunters, worinnen die Mutter der Schwangern vorgestellet wird, zu Rath gezogen werden.

TABVLA DECIMA

sistuntur conspectui *Gemelli* in Vtero, vbi dolores partus ingruunt; anteriores partes, vt praecedenti in tabula, heic pariter sunt ablatae.

A *Vterus* expansus cum *Membranis* atque *Aquis*.

BB Partes superiores *Ossium Ilium*.
CC *Acetabula*.
DD *Ossa Ischia*.
E *Coccyx*.
F Pars inferior *Intestini Recti*.
GG *Vagina*.
H *Os Internum* extensum atque ad latitudinem digiti apertum, cum *Membranis* et *Aquis*, ob dolores prominentibus.
II Inferior *Vteri* pars expansa ab *Aquis*, infra *Infantis* caput, quo prodit, haerentibus.

KK Binae *Placentae* in posteriore *Vteri* parte adhaerentes; ante ipsas bini siti sunt *Foetus*, alter, justum seruans situm, capite in inferiorem *Vteri* vergit partem; alter, ob situm minus naturalem, capite *Fundum* spectat. Vtriusque corpus proprio cinctum est *Funiculo*, id quod saepius et naturali et non naturali in situ fieri solet.

LLL *Membranae* vtriusque *Placentae*.

Ob ordinem in Tractatu meo de Arte Ostetricia seruatum, debebat haec gemellorum repraesentatio inter vltimas habere locum tabulas; quum vero parum referat, hoc eam collocaui loco, monstraturus *Os Vteri* magis, quam praecedenti in icone, extenuatum, non nihil adapertum, atque ab aquis et *Membranis* a capite alterius *Foetuum*, ipsis sub doloribus propulsis, dilatatum. Variat pro casuum diuersitate gemellorum situs; talis vero, qualis hic cernitur, erat, quum D. MACKENZIE *grauidum* dissecuit *Vterum*.

Vide Vol. I. Lib. III. Cap. 1. Sect. 4. nec non Cap. 5. Sect. 1. vt et Vol. II. Collect. 14. Vol. III. Coll. 37.

Die Zehende Tafel

zeiget die Mutter worinnen Zwillinge sind, bey anfangenden Wehen. Die vordern Theile sind weggenommen, wie in der vorigen Tafel.

A Die ausgedehnte Mutter mit den Häutlein und den Wassern.
BB Der obere Theil der Darmbeine.
CC Die Pfannen.
DD Die Hüfftbeine.
E Das Schwanzbein.
F Der untere Theil des Mastdarms.
GG Die Mutterscheide.
H Der innere Muttermund eines Fingers breit geöffnet, mit den Häuten und Wassern zur Zeit der Wehen.
II Der untere Theil der Mutter, von den Wassern ausgedehnet, welche unter dem Kopf, womit das Kind kommet, befindlich sind.
KK Die zween Mutterkuchen, welche am hintern Theil der Mutter anhangen, und vor welchen die beeden Kinder liegen. Eines derselben hat die gehörige Lage und stehet mit dem Kopf am untern Theil der Mutter, das andere ist in einer widernatürlichen Lage, und hat den Kopf nach dem Grund der Mutter gekehret. Eines jeden Körper ist mit seiner eigenen Nabelschnur umwickelt, oder umsennet, welches so wohl bey natürlichen, als widernatürlichen Lagen, vielmals zu geschehen pfleget.
LLL Die zu jedem Mutterkuchen gehörige Häutlein.

Nach der in meiner Abhandlung der Hebammenkunst beobachteten Ordnung, sollte diese Vorstellung von Zwillingen unter den leztern Tafeln vorkommen; alleine da hieran eben nichts gelegen ist, habe ich solche hier anbringen wollen, um den Muttermund zu zeigen, der nunmehr viel dünner als auf voriger Tafel, etwas geöffnet, und von den Wassern und Häutlein ausgedehnet ist, welche zur Zeit der Wehen, vor dem Kopf eines der Kinder herausgetrieben werden. Was die Lage der Zwillinge anbelanget, so ist solche in verschiedenen Fällen, auch vielmals verschieden; so aber wie sie hier vorgestellet worden, war sie beschaffen, als lezthin Herr Mackenzie die Mutter einer Schwangern öffnete.

S. des I. Theils III. Buch 1. Cap. im 4. Abschnitt und des 5. Cap. 1. Absch. wie auch des II. Theils 14. Samml. und des III. Theils 37. Sammlung.

TAB. X.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

I. M. Seligmann sculps. et excud. Norimbergæ.

TABVLA VNDECIMA

Exhibet rurſus grauidum *Vterum* ab antica parte, qualis ſub initum dolorum eſſe ſolet; partes anteriores, vt in tabula praecedenti, ſunt remotae; quum vero hic *membranae* minus ſint ruptae, amplum formant ſaccum, aquas foetumque continentem.

A *Vteri* ſubſtantia.
BB CC DD Oſſa *Peluis*.
E *Coccyx*.
F Inferior *recti Inteſtini* pars.
GGGG *Vagina*.
HH *Vteri orificium* valde, vrgente dolore, expanſum, cum *Membranis* I atque aquis. His ſeſe monſtrantibus, certum vtplurimum eſt, ipſum jam inſtare partum, quum contra ex dilatatione quam praecedenti in tabula vidimus, nihil certi ſit concludendum, licet veri fortesque adſint dolores: ſaepius enim per plures, ipſum ante partum, dies, quin ſeptimanas, ampliorem *Oris vterini* deprehendimus aperturam.

K *Chorion*.

L Id ipſum prope inferiorem *Vteri* partem, eum in finem diſſectum, vt per *Amnium* caput *Foetus* conſpiciatur. NB. Transſumta eſt icon haec ex Tabulis quas D. ALBINVS, de *grauido* edidit *Vtero*.

M *Placenta*, cujus heic conuexa variosque in *Lobos* diuiſa, repraeſentatur ſuperficies: pars namque ipſius interior concauaque *Chorio* eſt tecta.

Adhaerere *Placentam* ad omnes fere partes interioris ſuperficiei ipſius *Vteri* obſeruatum eſt, quin interdum interiori quoque lateri *Oris vterini* adnaſcitur; aſt ſimulac illud, hoc in caſu, dilatari incipit, ſemper hinc oritur haemorrhagia.

Monſtrant tabulae VI. VIII. IX. X. internam *Placentae* ſuperficiem *Foetum* ſpectantem, nec non vaſa quibus conſtat ex *Funiculo* oriunda, qui variis in *Placentis*, in omnes fere diuerſas earum partes, aeque ac in mediam inſeritur.

Tabula trigeſima nec non tertia et trigeſima oſtendunt inſertionem *Funiculi* in *Abdomen Foetus*.

Quod ad *Placentae* attinet expulſionem, fit ea, dum *Membranae* rumpuntur, atque *Vterus*, poſt aquarum effluuium, ſic contrahitur vt ipſum contingat *Foetum*, hoc vero in lucem edito, craſſior multum redditur *Vterus*, *Placentamque* et *Membranas* tam arcto ſtringit complexu, vt ſenſim ſeparentur inque *Vaginam* detrudantur. Patet hinc, nos quoque hac in re naturae debere imitari ductum, patienter hinc expectandum, donec *Secundae* pedetentim ſeparentur, id quod tutiſſimum, praeſertim ſi parturiens debilioris ſit conſtitutionis: hac enim ratione minus magna minusque ſubita fit exinanitio, quam vbi *Placentae*, methodo nimis fere ſolemni, deproperatur exemtio. Aſt enim vero ſi ipſi expulſioni natura impar ſit, omino, vt eandem juuemus, neceſſe eſt.

Vide Vol. I. Lib. III. Cap. 1. Sect. 4. Cap. 2. Sect. 2. 5. Vol. II. Coll. 14. 23.

Die Eilffte Tafel

Stellet die Mutter einer Schwangern von vornen vor, wenn ſie anfängt Wehen zu bekommen; die vordern Theile ſind, wie in der vorigen Tafel, weggenommen; weil aber hier die Häutlein noch ganz ſind, ſtellen ſie einen groſſen Sack vor, worinnen die Waſſer nebſt dem Kind enthalten.

A Die Subſtanz der Mutter.
BB CC DD Die Knochen des Beckens.
E Das Schwanzbein.
F Der untere Theil des Maſtdarms.
GGGG Die Mutterſcheide.
HH Der währenden Wehen ſtark ausgedehnte Muttermund mit den Häutlein I und den Waſſern. Dieſer Umſtand giebt insgemein gewis zu erkennen, daß das Kreiſſen ſeinen Anfang genommen habe, da man hingegen aus der in vorhergehender Tafel vorgeſtellten Erweiterung nicht viel gewiſſes ſchlieſſen kan, bis ſich die Schmerzen ordentlich und ſtark einſtellen; indem man den Muttermund öffters etliche Tage, ja gar etliche Wochen vorher ehe das Kreiſſen angehet, noch mehr geöffnet findet.
K Das obere das Kind umgebende Häutlein (Chorion).
L Eben dasſelbe am untern Theil der Mutter geöffnet, um den Kopf des Kindes durch das innere Häutlein (Amnios) zu zeigen. NB. Dieſe Vorſtellung iſt aus einer von den Tafeln des Hn. Albinus genommen, die er von der Mutter einer Schwangern heraus gegeben hat.
M Der Mutterkuchen, deſſen äuſſere, in viele Stücken getheilte Fläche hier vorgeſtellet iſt; der innere Theil aber, bedecket das obere das Kind umgebende Häutlein.

Man hat den Mutterkuchen an allen verſchiedenen Theilen der innern Fläche der Mutter, ja manchmalen auch gar an der innern Seite des Muttermundes anhangend gefunden, da denn im lezern Fall, ſo bald ſich derſelbe zu erweitern anfänget, ein Blutfluß entſtehet.

Die VI. VIII. IX. und X. Tafel zeigen die innere, nach dem Kind gekehrte Fläche des Mutterkuchens, mit den Gefäſen ſo ſeine Subſtanz ausmachen und von der Nabelſchnur herkommen, welche, in verſchiedenen Mutterkuchen, in alle verſchiedene Theile deſſelben ſo wohl, als in die Mitte, eingepflanzet iſt.

In der dreyſigſten und drey und dreyſigſten Tafel iſt zu ſehen wie die Nabelſchnur in den Bauch des Kindes hinein gehe.

Was die Austreibung des Mutterkuchens anbelanget, ſo ziehet ſich die Mutter, wenn die Häutlein zerriſſen, und die Waſſer ausgeloffen ſind, in ſo ferne zuſammen, daß ſie den Körper des Kindes berühret; iſt auch dieſes zur Welt gebohren, ſo wird die Mutter viel dicker und ziehet ſich dichte um den Mutterkuchen und die Häute zuſammen, wodurch ſie denn nach und nach abgeſondert und in die Mutterſcheide getrieben werden. Hierinnen nun ſollten wir dem Weg folgen, den uns die Natur zeiget, und mit Gedult erwarten, bis ſie ſich nach und nach ablöſen, welches, zumal bey einer ſchwachen Kreiſſenden, das ſicherſte iſt; weil ſodenn keine ſo ſtarke und geſchwinde Ausleerung auf einmal vorgehet, als wie zu geſchehen pfleget, wenn man, nach der nur gar zu gewöhnlichen Weiſe, mit Hinwegnehmung der Nachgeburt ſo ſehr eilet. Doch müſſen wir auch im Gegentheil nicht zu nachläßig ſeyn, ſondern der Natur, wenn ſie ſolche nicht auszutreiben im Stande iſt, zu Hülffe kommen.

S. im I. Theil im III. Buch, das 1. Cap. im 4. Abſch. und im 2. Cap. den 2. und 5. Abſch. wie auch des II. Theils 14. und 23. Sammlung.

TABVLA DVODECIMA

Monstrat grauidum *Vterum* in longitudinem dissectum a latere, Foetu jam per partus dolores nonnihil promoto.

A Infima dorsi *Vertebra.*

B *Scrobiculus cordis* cujus distantia a modo dicta Vertebra, punctis hic, aeque ac pars regionis infra *Diaphragma* sitae, indicatur.

CC Solita crassitudo atque forma *Vteri*, circa finem grauiditatis, aquis expansi.

D *Idem* post aquarum effluuium contractior crassiorque.

EE Forma *propenduli Vteri.* Si hoc in casu *Membranae* rumpantur, ipsa parturiente erecta stante, periculum est, ne caput *Foetus Ossa Pubis* supergrediatur, atque humeri in *Peluim* adigantur.

FF Forma *Vteri* vltra modum expansi sursumque vergentis, vnde vtplurimum vomitus cum difficultate spirandi oriuntur. Conferri hac de re potest D. LEVRET, *sur le Mechanisme de differentes Grossesses.*

G Sinistrum *Os Pubis.*

HH *Os Internum.*

I *Vagina.*

K Sinistra *Nympha.*

L *Labium Pudendi* ejusdem lateris.

M Residua *Vesicae* portio.

N *Anus.*

OP Sinistra *coxa crusque.*

Quum in hac partus periodo *Os Vteri* a propulsis *Membranis* magis magisque dilatetur, jamque *Vagina* extendi incipiat, simul magna pars propellitur aquarum, quae, vbi *Membranae* rumpuntur, effluit. Contrahitur hinc *Vterus* arctius circa *Foetum*, heic naturali in situ repraesentatum: *Verticem* namque super *Ossa Pubis* habet collocatum, sincipite vero dextrum spectat *Os Ilium.* Simulac autem *Vterus* ipsum *Foetus* tangit corpus, adigitur caput ipsius retrorsum, a linea Abdominis BG *Os Sacrum* versus in *Peluis* lineam, hoc est, a littera F superius scripta ad Coccygis finem, atque sic sensim sensimque magis descendit vt sequenti in Tabula apparet.

Si *Membranae* in *Vaginam* adactae minus rumpantur, easdem magis magisque descendere sinamus: dilatabunt namque *Externum Os.*

Vide Vol. I. Lib. I. Cap. 2. Sect. 2. Cap. 3. Sect. 3. Lib. III. Cap. 1. Sect. 1. 2. 4. Cap. 2. Sect. 3. Cap. 3. Sect. 4. No. 5. Vol. II. Coll. 10. No. 4. Cas. 3 4. Coll. 14. Vol. III. Coll. 34. No. 2. Cas. 4.

Die Zwölfte Tafel.

Die Theile sind nach der Länge getheilet, und da zeiget sich die Mutter einer Schwangern von der Seite, wie selbige aussiehet, wenn sie schon eine Zeit lang zur Geburt gearbeitet hat.

A Das unterste Wirbelbein des Ruckens.

B Die Herzgrube, wo zugleich dieser ihr Abstand von ekstgemeldem Wirbelbein, durch eine punctirte Linie, nebst einem Theil der Gegend unter dem Zwergfell angezeiget ist.

CC Die gewöhnliche Dicke und Form der Mutter, wenn sie, gegen das Ende der Schwangerschaft, von den Wassern ausgedehnet ist.

D Eben Dieselbe wie sie zusammen gezogen, und nach ausgelauffenen Wassern dicker geworden ist.

EE Die Form einer vorwarts hangenden Mutter. Wenn in diesem Fall die Wasser brechen und die Kreissende aufrecht stehet, so lauffet des Kindes Kopf Gefahr über die Schambeine hinzuglitschen, da denn die Schultern in das Becken getrieben werden.

FF Die Form der Mutter wenn sie bey ihrer Ausdehnung mehr als gewöhnlich in die Höhe gehet, wovon denn insgemein ein Erbrechen und schweres Athemholen entstehet. Hier kan Hr. LEVRET sur le Mechanisme de differentes Grossesses zu Rathe gezogen werden.

G Das Schambein der linken Seite.

HH Der innere Muttermund.

I Die Mutterscheide.

K Die linke Nymphe.

L Die Schamlippe der nämlichen Seite.

M Ein Rest der Harnblase.

N Der After.

OP Die linke Hüffte nebst dem Schenkel.

Wenn es so weit mit der Geburt gekommen, so wird der Muttermund durch die untersich dringenden Häutlein immer mehr und mehr ausgedehnet. Da nun auch die Mutterscheide sich zu erweitern anfänget, so wird zugleich eine ziemliche Menge der Wasser herzugetrieben, welches, wenn die Häute springen, weglaufft. Hierauf ziehet sich die Mutter mehr um des Kindes Körper zusammen, welches hier in natürlicher Lage vorgestellet ist, indem es mit dem Scheitel auf dem obern Theil der Schambeine aufstehet, und das Vorderhaupt nach dem rechten Hüftbein gekehret hat. So bald die Mutter den Körper des Kindes berühret, so wird der Kopf desselben unter sich, nach dem Heiligen Bein zu, von der Linie des Bauches BG, in die Linie des Beckens getrieben, nämlich von dem obern, F, zu dem Ende des Schwanzbeines, und so dringet es immer tiefer hinab, wie in der folgenden Tafel zu sehen.

Wenn die Häutlein nicht gleich springen, nachdem sie in die Scheide getrieben worden, so soll man sie immer weiter anrucken lassen, damit sie den äussern Muttermund erweitern.

S. Im I. Theil des I. Buchs 2. Cap. 2. Absch. 3. Cap. 3. Absch. Des III. Buchs 1. Cap. 1. 2. 4. Absch. 2. Cap. 3. Absch. 3. Cap. 4. Abschnitt No. 5. Des II. Theils 10. Samml. No. 4. die 3. und 4. Wahrnehmung. 14. Samml. Des III. Theils 34. Sammlung. No. 2. Die 4. Wahrnehmung.

TAB. XII.

M. Seligmann sc. et excud. Norimb.

M. Schlegmann sculps. et excud. Norimb.

tab Decima Tertia.

TABVLA DECIMA TERTIA

Repraesentantur partes eadem ratione ac sexta in Tabula; sed monstrat illa etiam naturalem *situm capitis Foetus*, postquam illud, Ore interno prorsus aperto, in mediam descendit *Peluim*, atque vnacum Membranis magna Aquarum pars est protrusa, quae tamen, quum Caput Vaginam repleat, non omnes effluere possunt.

A *Vterus* parum contractus nonnihilque crassior, quum pars aquarum ante infantem sita sit, vel effluxerit.

BB Superiores partes *Ossium Ilium.*
C Inferior *Recti* pars.
DD *Vagina* per caput *Foetus* late expansa.

EE *Os internum* prorsus apertum.
F Pars *Placentae.*
GG *Membranae.*
HH *Ligamenta lata.*
II *Ligamenta rotunda* vnacum *Vtero* sursum versus extensa.

Quum jam *Vertex* Foetus inferius, prope inferiorem partem dextri *Ossis Ischii* sit collocatus, latiórque pars prope inferiorem arctioremque *Peluis* partem haereat, promouetur sinciput vi dolorum sensim sensimque retrorsum, atque vbi magis inferiora versus descendit, prodit *Vertex* cum *Occipite* infra *Pubem*, vt ex sequenti apparet Tabula. Disci hinc potest, quanti sit momenti, vt noscamus majorem, ad marginem *Peluis*, esse distantiam laterum, quam partis posterioris anteriorisque, longiusque distare infantis sinciput ab occipite, quam aurem alteram ab altera.

Vide Vol. I. Lib. I. Cap. 1. Sect. 3. 5. vt & Lib. III. Cap. 3. Sect. 3. 4. No. 3. Vol. II. Coll. 14.

Die Dreyzehende Tafel

Zeiget bey der nämlichen Vorstellung der Theile wie in der VI. Tafel, die natürliche Lage von des Kindes Kopf, wenn solcher, nach völliger Oeffnung des innern Muttermundes, in die Mitte des Beckens eingetretten ist, da denn eine ziemliche Menge der Wasser mit den Häutlein zum äusseren Muttermund heraus getrieben wird, welche aber doch, weil der Kopf die Scheide anfüllet, nicht alle ausfliessen können.

A Die etwas zusammen gezogene und dicker gewordene Mutter, weil ein Theil der Wasser vor das Kind getretten, oder bereits ausgeflossen ist.
BB Die obern Theile der Darmbeine.
C Der untere Theil des Mastdarms.
DD Die vom Kopf des Kindes weit ausgedehnte Scheide.
EE Der völlig eröffnete innere Muttermund.
F Ein Stück vom Mutterkuchen.
GG Die Häutlein.
HH Die breiten Mutterbänder.
II Die runden Mutterbänder, welche mit der Mutter nach oben zu ausgedehnet sind.

Nachdem nunmehr der Scheitel des Kindes unten, am untern Theil des rechten Hüftbeines, und der breite Theil des Kopfes am engen und untern Theil des Beckens stehet: so wird das Vorderhaupt durch die Gewalt der Schmerzen nach und nach ruckwarts getrieben, und wenn es weiter herunter tritt, so kommt der Scheitel nebst dem Hinterhaupt unter der Schamgegend hervor, wie in der folgenden Tafel. Hieraus können wir lernen, wieviel daran gelegen seye, daß man wisse, der Raum am Rand des Beckens seye von einer Seite zur andern weiter, als von hinten nach vornen, und das Vorderhaupt des Kindes stehe weiter vom Hinterhaupt ab, als ein Ohr vom andern.

S. im I. Theil des I. Buchs, 1. Cap. im 3. und 4. Abschnitt. Wie auch des III. Buchs 3. Cap. im 3. und 4. Absch. No. 3. und des II. Theils 14. Sammlung.

TABVLA DECIMA QVARTA

Monſtrat inter partes eadem ratione ac XII. in Tabula diſſectas repraeſentatasque, *Sinciput Foetus* ipſo ſub progreſſu inferiora verſus, a ſitu quem praecedenti in Tabula habebat, retro ad *Os ſacrum* verſum, *Occiput* vero ſubter *Pubem*, ita, vt anguſtior capitis pars, in arctiori Peluis parte, hoc eſt, inter inferiores *Oſſium Iſchicorum* partes haereat. Notandum hinc eſt, quod, licet diſtantia inter partes inferiores modo dictorum oſſium eadem fere ſit, ac illa quae Coccygem inter et Pubem eſt; Occiput tamen Foetus, vbi ad inferiorem partem vtriusque Oſſis Iſchii deſcendit, ob Peluis Cauitatem, anterius non adeo profundam, ac quidem ad latera eſt, infra Pubem prodeat; atque hinc idem illud fit, quod futurum eſſet, ſi Peluis poſterius majoris, quam ab vno latere alterum verſus, eſſet capacitatis; accedit huc quod ipſum etiam Caput, dum *Coccygem* retroagit, *externas vero partes* majoris inſtar tumoris propellit, ampliorem etiam reddat cauitatem; id quod ſequenti Tabula pluribus oſtendetur.

Vid. Vol. I. II. loca praecedenti in Tabula citata.

A *Vterus* poſt aquarum effluxum contractus *Foetumque* arctius cingens.
BCD *Lumborum Vertebrae*, *Os ſacrum* atque *Coccygis*.

E *Anus*.
F Siniſtra *Coxa*.
G *Perinaeum*.
H *Os externum* dilatari incipiens.

I *Os Pubis* ſiniſtri lateris.
K Reſidua *Veſicae* pars.
L *Oris Vteri* pars poſterior.

Die Vierzehende Tafel

Zeiget bey der nämlichen Vorſtellung der Theile wie in der XII. Tafel, daß das Vorderhaupt des Kindes, wenn es nach unten fortrucket, die Lage ſo es in der vorigen Tafel gehabt ändere, und ſich nach hintenzu gegen das Heilige Bein kehre, da denn das Hinterhaupt unter der Gegend um die Scham zu ſtehen kommet, ſo, daß ſich der ſchmale Theil des Kopfes, im engen Theil des Beckens, das iſt, zwiſchen den untern Theilen der Hüfftbeine befindet. Dabey iſt nun zu merken, daß obgleich der Raum zwiſchen erſtgemelden Beinen und zwiſchen dem Schwanzbein und Schambein faſt von einerley Weite ſeye, ſich doch das Hinterhaupt des Kindes, wenn es an den untern Theil jedes Hüftbeines kommet, weil die Höle des Beckens vornen enger als an den Seiten iſt, unter der Schamgegend heraus begebe; da denn eben das geſchiehet, was geſchehen würde, wenn das Becken von hinten nach vornen weiter, als von einer Seite zur andern wäre, indem der Kopf wenn er das Schwanzbein zurück, und die äuſſern Theile gleich einer Geſchwulſt heraus treibet, die Höle eben auch weiter machet, wie in der folgenden Tafel umſtändlich gezeiget wird.

S. die bey voriger Tafel angeführte Orte des I. u. II. Theiles.

A Die, nach ausgeloffenen Waſſern, enge um das Kind zuſamgezogene Mutter.
BCD Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein und das Schwanzbein.
E Der After.
F Die linke Hüfte.
G Die Geſäsnath.
H Die äuſſere Mündung, ſo ſich zu öffnen anfängt.
I Das Schambein der linken Seite.
K Der Reſt der Blaſe.
L Der hindere Theil des Muttermundes.

TAB. XIV

Seligmann excud. Norimbergæ.


A
B
C
D
E
F
G
H

TABVLA DECIMA QVINTA

Oſtenſuri ſumus, quem in modum *Perinaeum externaeque partes Primiparae*, vbi jam Partus Negotium ad finem properat, a capite Foetus expandantur.

A *Abdomen.*
B *Labia Pudendi.*
C *Clitoris* ejusque *Praeputium.*
D *Cutis* Foetus *capillata* circa *Verticem*, duriores ob labores, *tumefacta*, atque ex Ore externo *prominens.*

EF *Perinaeum* atque *Anus* tumoris inſtar a capite Foetus *expanſa.*

GG *Partes* Tubera Oſſium Iſchiorum *tegentes.*

H *Pars* Os Coccygis *tegens.*

In hac icone *Perinaeum* ad binos pollices vltra naturalem ſui longitudinem, vel altero tanto amplius expanſum eſt; vbi vero *Os externum* a *Foetus* capite adeo eſt dilatatum, vt hoc ipſum prodire poſſit, extenditur *Perinaeum* vtplurimum ad trium et nonnunquam ad quatuor pollicum longitudinem. *Anus* quoque pollicem fit longior et partes, ipſum inter Coccygemque ſitae, valde diſtenduntur. Docent haec juniorem Practicum, vt hoc tempore ſibi caueat ne partum praecipitet, potiusque expectet, donec partes ſenſim ſenſimque dilatentur, quum ob laborum violentiam, periculum ſit, ne citiore capitis enixu partes lacerentur. Hinc *Perinaeum* palma Operatoris eſt reprimendum, ne caput prius prodeat, quam *Os externum* ſufficienter ſit dilatatum; ſed id ipſum potius absque *Freni*, partiumque illud inter anumque ſitarum, atque hoc tempore valde tenuium, dilaceratione promoueatur.

Vid. Vol. I. Lib. III. Cap. 2. Sect. 2. Cap. 3. Sect. 4. No. 1. nec non Lib. IV. Cap. 1. Sect. 1. vt et Vol. II. Coll. 14. 24. Vol. III. Coll. 40.

Die Funfzehende Tafel

Soll vornehmlich zeigen, wie der Raum zwiſchen der Mündung der Scheide und der Affter, oder wie die Geſäsnath nebſt den äuſſern Theilen, bey einer Frauen ſo das erſtemal ſchwanger iſt, wenn es mit der Geburt zu Ende gehet, von des Kindes Kopf ausgedehnet werde.

A Der Bauch.
B Die Schamlippen.
C Die weibliche Ruthe, mit ihrer Vorhaut.
D Die haarige Kopfhaut des Kindes, wie ſie bey einer harten Geburt am Scheitel aufſchwillt, und durch die äuſſere Mündung hervorgetrieben wird.
EF Die Geſäsnath nebſt dem After von dem Kopf des Kindes ſo ſtark ausgedehnet, daß ſie eine ſtarke Geſchwulſt vorſtellen.
GG Die Theile ſo die Erhöhungen der Hüfftbeine bedecken.
H Der Theil ſo das Schwanzbein bedeckt.

Die Geſäsnath iſt um zwey Zoll, oder zweymal mehr als in ſeiner natürlichen Beſchaffenheit, in dieſer Figur ausgedehnet; wenn aber die äuſſere Mündung von dem Kopf des Kindes ſo ſehr erweitert iſt, daß ſolches gebohren werden kan, ſo wird das Mittelfleiſch insgemein drey, ja manchmalen vier Zoll weit ausgedehnet. Der After iſt ebenfals um einen Zoll verlängert, und ſo ſind auch die zwiſchen ihm und dem Schwanzbein befindlichen Theile ſtark ausgedehnet. Alles dieſes ſoll einen jungen Practicum vorſichtig machen, daß er ſich zu dieſer Zeit in Beförderung der Geburt nicht übereile, ſondern warte, und die Theile nach und nach ausdehnen laſſe, weil durch die ſtarken Schmerzen, wenn man die Geburt des Kopfes vom Kind befördern wollte, die Theile zerriſſen werden könnten. Daher ſoll der Operateur, die Geſäsnath mit ſeiner flachen Hand zuruckhalten, damit der Kopf nicht weiter rucke, ehe und bevor die äuſſere Mündung genugſam erweitert iſt, und ſolcher ohne Zerreißung des Lippenbandes und der zwiſchen ſelbigem und dem After befindlichen Theile, welche zu dieſer Zeit ſehr dünne ſind, gebohren werde.

S. des I. Theils III. B. 2. Cap. im 2. Abſch. 3. Cap. im 4. Abſch. No. 1. und des IV. B. 1. Cap. im 1. Abſch. Wie auch im II. Theil die 14. und 24. Samml., und im III. Theil die 40. Samml.

TABVLA DECIMA SEXTA

Tresque sequentes ostendunt, qua ratione *Caput Foetus* ope *Forcipis*, tanquam manibus arte factis, extrahatur, si ob Matris Foetusue conseruationem eandem adhibere necesse sit. Repraesentatur hac in Tabula *Caput in Peluim dolorum vi adactum*, situ quem antea in Tabula XII. habuit mutato.

AABC *Lumborum Vertebrae, Os sacrum, Os Coccygis.*

D *Os Pubis* sinistri lateris.
E Residua *Vesicae* pars.
FF *Intestinum Rectum.*
GGG *Vterus.*
H *Mons Veneris.*
I *Clitoris* cum sinistra *Nympha.*
X *Corpus cauernosum* Clitoridis.
V *Meatus vrinarius.*
K *Sinistrum* Pudendi *Labium.*
L *Anus.*
N *Perinaeum.*
PQ *Sinistra Coxa* ejusdemque lateris *Crus.*
R *Cutis partesque musculosae* Lumborum.

Incumbere potest Parturiens, hoc in casu, vt Tabula haec ostendit, lateri, sic, vt natibus laterali vel infimae lecti parti innitatur, cruribus abdomen versus retractis, inter quae puluinus est ponendus, reliquae vero partes caute similiter sunt tegendae, vt contra externum aerem muniantur. Si *capillata cutis Foetus* adeo intumuerit, vt caput ex *Suturis*, ceu vigesima prima in Tabula, dignosci nequeat; vel si, inserto inter infantis caput et Os pubis digito, auris posteriorue colli pars vix tangi possit, dilatari sub ipsis doloribus sensim sensimque debet Operatoris digitis, lardo vnctis, *externum Os*, donec tota intus in *Vaginam* manus dari, atque nonnihil expansa, posteriorem *Peluis* partem inter *Caputque* infantis, dimitti possit. Hoc vero, quantum fieri potest, sursum repellendum est, quo digiti inseri atque auris posteriorque colli pars tactu explorari queant. Cognito capitis situ, extrahere debet Chirurgus manum expectareque donec videat, vtrum distentio partium dolores redintegret augeatue, vtrumque exin manui in *Peluim* demittendae amplius concedatur spatium. Hoc si minus eueniat, digiti rursus, vt antea, sunt inserendi alterumque forcipis brachium, lardo vnctum, sub manu digitisue demittendum atque sinistrae infantis auri injiciendum, quemadmodum ipsa Tabula commonstrat. Vbi vero *Peluis* male est conformata superiorque *Ossis sacri* pars antrorsum prominet, sinciputque hinc nonnihil retro pelli nequit, quo auris ab ea *Peluis* parte dimoueatur, quae impedimento est, quo minus extremum forcipis vltra eam demittatur; tunc brachium forcipis pone aurem prope os prominens est inserendum. Demissa tum manus educi eademque injecti brachii manubrium apprehendi et, quantum quidem ob *Perinaeum* licet, retro duci debet, dumque hoc fit, alterius manus digiti *Ori Vteri* a dextro *Pubis* latere sunt admouendi, alterumque brachium, sic vt alteri exacte sit oppositum, est injiciendum. Hoc facto atque apprehensis inuicemque junctis manubriis, semper fere vbi dolores vrgent, inferiora versus caput sensim sensimque est attrahendum, donec *Vertex*, quemadmodum in Tabula hac cernitur, prope inferiorem sinistri *Ossis Ischii* partem, vel infra illam haereat. Quum vero jam latior capitis pars, angustiorem *Peluis* partem intrarit, atque inter *Tubera Ossium Ischiorum* sit collocata, sic caput est conuertendum, vt a sinistro *Osse Ischio* dimoueatur atque infra Pubem prodeat, sinciput vero retro in concauam *Ossis Sacri* atque *Coccygis* partem deuoluatur, vt ex XVII. Tabula patet, dein vero, vt XVIII. et XIX. in Tabula, est educendum. Quodsi autem, ob *capitis magnitudinem* vel *Peluis angustiam*, sine multa vi id ipsum vix fieri queat, manubria forcipis taenia, vt in Tabula videmus, sunt colligenda, ne dimoueri queant, dum Parturiens in dorsum conuertitur, vt XXIV. in Tabula, qui situs pro extrahendo capite, quam decubitus in latus, aptior est.

Monstrat hac Tabula esse manubria forcipis, quantum quidem *Os externum* permittit, retrorsum dirigenda, ita vt lineam describant rectam, quam ab Ore externo, medium inter *Vmbilicum* et *Scrobiculum Cordis* spatium versus ductam esse, mente concipimus. Vbi Forceps auribus capitisque lateribus injicitur, distant brachia ipsius propius ab inuicem fortiusque trahunt, nec tam profundas, ac in *Occipitis Frontisque Ossibus*, relinquunt impressiones.

Vid. Vol. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 1. ad 6. nec non Vol. II. Coll. 25, 26, 27 & 29.

Die Sechzehende Tafel

Zeiget nebst den drey folgenden wie man dem Kopf des Kindes mit der Zange, als mit künstlichen Händen, zu Hülffe kommen solle, wenn es so wohl zur Sicherheit der Mutter als des Kindes nöthig ist, sich derselben zu bedienen.

In dieser Tafel ist der Kopf so vorgestellet, als ob er die in der vorigen XII. Tafel gehabte Lage verändert hätte, und in das Becken durch die Wehen getrieben worden wäre.

AABC Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein der linken Seite.
E Der Rest der Blase.
FF Der Mastdarm.
GGG Die Mutter.
H Der Venusberg.
I Die weibliche Ruthe mit der linken Nymphe.
X Der schwammichte Körper der weiblichen Ruthe.
V Der Harngang.
K Die linke Schamlippe.
L Der After.
N Das Mittelfleisch, oder die Gesäsnath.
PQ Die linke Hüffte nebst dem Schenkel.
R Die Haut nebst dem musculösen Theil der Lenden.

Die Kreissende kan in diesem Fall, wie die Tafel zeiget, auf der Seite liegen, so daß ihr Gesäße auf der Seite oder dem Fus des Bettes seine Lage habe, und ihre Knie müssen nach dem Bauch zu gezogen werden, zwischen welche man ein Küssen leget, und zugleich dafür sorget, daß die Theile durch gehörige Bedeckung gegen die äussere Luft verwahret werden. Wenn die Haarhaut des Kopfes vom Kind so geschwollen ist, daß die Lage des Kopfes durch die Nathen nicht erkennet werden kan, wie in der XXI. Tafel zu sehen, oder wenn man durch den um die Gegend der Scham eingebrachten Finger, das Ohr, oder den hintern Theil des Halses nicht fühlen kan: so mus die äussere Mündung, währender Wehen, vermittelst der mit Speck eingesalbten Finger des Operateurs, nach und nach erweitert werden, bis die ganze Hand in die Scheide gebracht, und flach aufwärts, zwischen den Hintern Theil des Beckens und den Kopf des Kindes geschoben werden kan. Letzeren mus man sodenn, so viel möglich in die Höhe heben, um Platz zu bekommen, daß man mit den Fingern ein Ohr und den hintern Theil des Halses befühlen könne. Hat man nun auf diese Weise die Lage des Kopfes erkennet, so mus der Operateur seine Hand heraus ziehen, und warten, um zu sehen, ob durch diese Erweiterung der Theile die Wehen verneuert oder vermehret werden, und der Kopf dadurch mehr Raum bekomme um in das Becken einzurucken. Geschiehet aber solches nicht, so müssen die Finger wieder wie vorher eingebracht werden, und hernach schiebt man eines von den Blättern der Zange, so mit Speck bestrichen worden, längst der innern Seite der Hand oder der Finger, am linken Ohr des Kindes hinein, wie in der Tafel vorgestellet worden. Ist aber das Becken unformlich, und stehet der obere Theil des Heiligen Beines zu sehr vorwärts, so, daß daher das Vorderhaupt des Kindes nicht ein wenig ruckwärts geschoben werden kan, um das Ohr von demjenigen Theil des Beckens wegzubringen, welcher hindert daß das Ende der Zange nicht darüber hingebracht werden kan, so muß in diesem Fall das Blat längst dem hintern Theil des Ohres, an der Seite des hervorstehenden Knochens hinein geschoben werden. Hierauf mus man die hineingebrachte Hand heraus ziehen, und mit solcher die Handhabe des hineingeschobenen Blates so weit ruckwärts halten, als es die Gesäsnath erlauben will, unterdessen aber bringt man die Finger der andern Hand bis an den Muttermund an der rechten Seite der Scham, und leget das andere Blat, dem andern gerade gegenüber an. Wenn dieses geschehen, und die Blätter welche man vest hält mit einander vereiniget worden, mus man den Kopf immer mehr und mehr mit jeder Wehe hervorziehen bis der Scheitel, wie die Tafel zeiget, an den untern Theil des linken Hüftbeines, oder unter solchen gebracht worden. Nachdem nun also der breite Theil des Kopfes, in den engen Theil des Beckens zwischen die Erhöhungen der Hüftbeine eingerucket ist, so mus er unter der Scham vom linken Hüftbein hinweg gewendet werden, daß das Vorderhaupt ruckwärts gegen die hole Seite des Heiligen Beines und des Schwanzbeines, wie in der XVII. Tafel gekehret stehe, sodenn aber ziehet man den Kopf wie in der XVIII. und XIX. Tafel heraus. Findet man aber daß man hiezu viel Gewalt brauchen müsse, weil der Kopf gros, oder das Becken enge ist, so müssen die Handhaben der Zange mit einem Band, wie die Tafel zeiget, zusammen gebunden werden, damit sich die Lage derselben nicht verändere, die Frau aber läßt man auf den Rucken liegen, wie in der Erklärung der XXIV. Tafel gemeldet wird, da denn der Kopf bequemer wird herausgebracht werden können, als wenn sie auf der Seite lieget.

Es zeiget diese Tafel, daß die Handhaben der Zange so weit ruckwarts gehalten werden müssen, als es die äussere Mündung erlauben will, damit die Blätter in einer geraden Linie zu stehen kommen, welche man sich zwischen dieser Mündung und der Mitte des Raumes zwischen dem Nabel und der Herzgrube vorstellet. Wenn man die Zange längst den Ohren, und an den Seiten des Kopfes anleget, so sind die Blätter derselben näher bey einander, auch halten sie besser, und machen keinen so starken Eindruck als wenn sie am Hinterhauptbein und am Stirnbein angeleget werden.

S. im I. Theil des III. B. 3. Cap. vom 1. Absch. bis zum 6. und im II. Theil die 25, 26, 27 und 29 Sammlung.

TAB. XVI.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.



F. M. Seligmann excud. Norimbergae

TABVLA DECIMA SEPTIMA

Delineationem exhibet earundem partium, quas in praecedenti vidimus, caput vero *Foetus* ope forcipis magis inferiora versus est protractum eaque ratione collocatum, vt situ, quem praecedenti in Tabula habuerat, mutato, is ejus jam sit positus, in quo alias naturaliter ipsos per dolores propellitur, id quod et hic, ante vsum forcipis, factum fuisse, ponere possumus: forcipis namque vsus illis tantum in casibus, quos prima in parte adduximus, fit necessarius.

Clarius nunc, hac ex icone, patet, quae forcipis, anguſtiori capitis parti prope aures injectae, sit positio. Cernimus porro *Verticem* a sinistro *Osse Ischio*, cui fortiter apprimebatur, dimotum, facile jam sub *Pube* prodeuntem; sinciput vero quod ad mediam partem dextri *Ossis Ischii* erat adactum, sic jam est conuersum vt in cauitate illa haereat, quam *Os sacrum* cum *Osse Coccygis* format. Atque sic anguſtior capitis pars inter *Ossa Ischia*, siue in anguſtiore *Peluis* spatio est collocata; quum itaque *Occiput* sub *Pube* prodeat, ipsum etiam caput facilius semper est proditurum. Quodsi vero Caput jam eo vsque in *Peluim* descenderit, ipsa vero illius positio ope futurarum dignosci nequeat, explorari vtplurimum potest, si *Occiput* inter *Pubemque*, vel alterum *Inguen* versus, digitus inseratur, atque posterior colli pars ipsius *Foetus* eodem tangatur. Vbi vero caput adeo fuerit compressum, vt oblongioris sit formæ, ceu XXI. monstrat Tabula, situmque suum durantibus aliquot horis non mutarit, sola autem dolorum ope partus negotium perfici nequiuerit; ad seruandum *Foetum*, forceps est adhibenda, licet foemina ipsa in nullo versetur periculo.

Monstrat porro Tabula haecce, manubria forcipis retro semper, *Perinaeum* versus, esse dirigenda, ita, vt, hoc in situ, cum superiore *Ossis sacri* parte, rectam describant lineam; vbi vero, capite altius haerente, magis retrorsum mouentur, recta *Scrobiculum Cordis* versus spectabunt. Si forceps, capite sic collocato, fuerit injiciendus, faciliori id perficietur negotio, si parturiens, vt XXIV. in Tabula, supina cubet. Neque hic manubriorum necessaria est colligatio, fieri enim id tantum debet, ne dimoueantur, si foemina lateri incumbens in tergum conuertitur.

Quum variis in casibus longiore, sursumque versus incurua forcipe, ad educendum caput vsus sim, si corpus, vti XXXV. in Tabula prius prodierit: eandem hic punctis delineandam curaui. Adhibere illam, aeque ac alteram, difficili in partu possumus; habet tamen vsus ipsius plus difficultatis.

Quum plurimae hujus Tabulæ partes iisdem litteris, ac in antecedenti, sint signatæ, illarum explicatio huc etiam quadrat; addenda tamen sunt quæ sequuntur:

LM *Anus.*
MN *Perinaeum.*
O communia *Abdominis Integumenta.*
R Breuior Forceps.
S Longior atque incurua Forceps: prior vndecim, posterior duodecim pollices cum dimidio longitudine aequat, atque hanc longitudinem, factis variis mutationibus, sufficere inueni; attamen eandem quilibet pro lubitu poterit immutare. *Vide* Tabulam XXXVII.

Die Siebenzehende Tafel

Stellet mit bloſen Linien eben dasjenige vor, was wir auf der vorhergehenden gesehen; der Kopf des Kindes aber ist vermittelst

der Zange weiter herunter, und aus der Lage welche er in voriger Tafel hatte, in diejenige gebracht worden, in welcher er sonst natürlicher Weise durch die Wehen heraus getrieben wird: wie wir denn auch annehmen können, daß solches hier geschehen seye, ehe es nöthig gewesen die Zange zu gebrauchen, als deren Gebrauch nur erst durch die verschiedenen Fälle, so im ersten Theil angeführet worden, nothwendig gemachet wird.

In dieſer Vorstellung wird die Lage der Zange längst den Ohren und dem schmalen Theil des Kopfes noch deutlicher gezeiget. Man siehet auch, daß wenn der Scheitel vom linken Hüfftbein, woran er dichte anstund, hinweggebracht worden ist, selbiger nunmehr frey seye, und unter der Scham herauskomme; das Vorderhaupt aber, welches an die Mitte des rechten Hüfftbeines angedrückt gewesen, ist nun gegen die Höle des Heiligen Beines und des Schwanzbeines gekehret. Auf diese Weise stehet jezt der schmale Theil des Kopfes zwischen den Hüftbeinen, oder im engeren Theil des Beckens; da nun also das Hinterhaupt unter der Scham hervorkommet, so rucket der Kopf allezeit leichter hervor. Ist aber der Kopfs so weit in das Becken herunter gekommen, und kan man die Lage desselben vermittelst der Nathen nicht erkennen; läßt sich solche insgemein dadurch erforschen, wenn man zwischen das Hinterhaupt und die Scham, oder nach einer der Leisten zu, einen Finger hinein bringet, und nach dem hintern Theil des Halses vom Kind fühlet. Ist der Kopf so zusammengedrucket, daß er eine länglichte Form hat, wie in der XXI. Tafel; ist er auch etliche Stunden lang in dieser Lage geblieben, ohne daß die Wehen hinlänglich genug gewesen wären die Geburt zu Ende zu bringen; mus man, um das Kind zu erhalten, die Zange zu Hülffe nehmen, sollte es auch gleich mit der Frauen keine Gefahr haben. Stünde aber der Kopf hoch im Becken, wie in der vorigen Tafel, soll die Zange, ausser dem höchsten Nothfall, nicht gebrauchet werden.

Es zeiget auch diese Tafel ferner, daß die Handheben der Zange beſtändig ruckwärts, nach der Gesäsnath sollen gehalten werden, so, daß sie in dieser Lage mit dem obern Theil des Heiligen Beines in einer geraden Linie stehen, und wenn man sie, weil der Kopf noch höher droben ist, noch mehr ruckwärts hält, werden sie mit der Herzgrube in gerader Linie seyn. Legt man die Zange an, wenn der Kopf diese Lage hat, so kan man sie leichter hinein bringen, wenn die Gebährende, wie in der XXIV. Tafel auf dem Rucken lieget. Auch ist es nicht nöthig die Handhaben zu binden, weil solches nur zu dem Ende geschiehet, daß sie sich nicht verrucken, wenn man die Frau von der Seite auf den Rucken wendet.

Da ich in verschiedenen Fällen eine längere Art einer Zange, welche aufwärts gekrümmet ist, den Kopf heraus zu bringen, sehr dienlich gefunden, wenn der Leib, wie in der XXXV. Tafel zu erst gekommen: als ist solche hier durch punctirte Linien vorgestellet worden. Man kan sich derselben bey schweren Geburten ebenfalls, so wohl als der andern bedienen, doch ist sie nicht so bequem zu regieren.

Weil die meisten Theile dieser Tafel mit eben den Buchstaben wie auf der vorigen bezeichnet sind: so kan jener Beschreibung auch hier dienen, doch ist folgendes noch hinzu zu setzen:

LM Der After.
MN Die Gesäsnath.
O Die gemeinen Bedeckungen des Unterleibs.
R Die kurze Zange.
S Die lange gekrümmte Zange. Erstere ist bey eilf, letztere aber zwölf und einen halben Zoll lang, und diese Länge habe ich nach vielen Veränderungen für hinreichend befunden; doch hat sich hiernach niemand zu richten, und jeder kan dieses Maas nach Belieben ändern.

TABVLA DECIMA OCTAVA

Easdem sistit partes, eadem ratione dissectas, atque inter illas caput *Foetus* pristino situ, vlterius forcipis ope, quam praecedenti in Tabula, extractum: *Os* namque *externum* vteri magis nunc est dilatatum; *Occiput* jam subter *Pubem* prodiit, *Sinciput* vero sub *Coccyge* haeret, hinc autem *Anus* atque *Perinaeum* ea distentuntur ratione, vt, aeque ac XV. in Tabula, tumeant.

Si caput eo vsque prodierit, medicus caute trahere debet, ne partes disrumpantur. Vrgentibus doloribus, *Sinciput* promoueri potest, si insertis sub *Coccyge* digitis, externae illius partes leniter premantur; educitur tunc etiam forceps, atque dein expectare oportet, donec *Os externum* ipso a Capite magis magisque dilatetur, quam dilatationem, praeter dolores, digiti etiam juare debent. Quodsi tamen dolores minus vrgeant, forcipis vsus porro etiam est necessarius. Partium descriptionem XVI. Tabulae sistit explicatio. Indicatur hic per litteras S T sinistra *Oris vterini* pars. Punctorum series situm monstrat ossium, ex quibus dextra *Peluis* pars componitur, atque exemplo esse potest, ad reliquas a latere factas repraesentationes adhibendo.

V. Vol. I. Lib. III. Cap. 3.

Die

Achtzehende Tafel

Zeiget bey der nämlichen Vorstellung der auf vorige Weise durchschnittenen Theile, den Kopf des Kindes in voriger Lage, welcher aber vermittelst der Zange weiter herab gebracht worden ist, als in der vorhergehenden Tafel: denn hier ist der äussere Muttermund mehr geöffnet; das Hinterhaupt ist mehr unter dem Schambein hervorgerücket, und das Vorderhaupt stehet unter dem Schwanzbein, wodurch denn der After so wohl als die Gesäsnath so ausgedehnet werden, daß sie, wie in der XV. Tafel, eine starcke Geschwulst vorstellen.

Wenn der Kopf so weit hervorgerucket ist; so soll der Operateur mit vieler Vorsicht ziehen, aus Furcht es mögten sonst die Theile zerrissen werden. Sind die Wehen stark genug, kan man dem Vorderhaupt mit den Fingern helfen, indem man gegen solches an den äussern Theilen, unter dem Schwanzbein, gelinde drucket; zu gleicher Zeit nimmt man die Zange weg, und läßt den äusseren Muttermund nach und nach, immer mehr und mehr, durch den Kopf ausdehnen, wozu so wohl die Krafft der Wehen, als auch die Finger das ihrige beytragen müssen. Wären aber jene zu schwach und nicht hinlänglich genug, mus man fortfahren sich der Zange zu bedienen. Die Beschreibung der Theile kan in der Beschreibung der XVI. Tafel nachgesehen werden. In gegenwärtiger wird durch S T die linke Seite des Muttermundes angezeiget. Die punctirten Linien weisen die Lage der Beine der rechten Seite des Beckens, und können zu allen Vorstellungen von der Seite, zum Muster dienen.

S. im I. Theil des III. Buchs 3. Capitel.

TAB. XVIII.

igmann excud. Norimbergæ.



I. M. Seligmann excud. Norimbergae

TABVLA DECIMA NONA

Refert ſolam delineationem earundem partium, nec non *Peluis* eadem ratione diſſectae; ſed oſtendit illa inſuper, prodire, ſub *Oſſibus Pubis*, *Occiput Foetus*, ſi externae partes cum *Ore externo* fuerint dilatatae, deſcribereque circa illa, ac circa axim, dimidium fere circulum, quum poſterior colli pars circa eadem flectatur; vertuntur tunc ſuperiora verſus ſinciput atque facies, partes vero *Coccygem* inter *Osque externum*, valde extenduntur. Atque haec eſt ratio, qua natura in dilatandis partibus hiſce vti ſueuit, quam quum nunquam non imitari debeamus, eadem ſunt agenda, ſi caput forcipe fuerit educendum.

Quod ad explicationem citataque loca attinet, tres praecedentes conferri poſſunt Tabulae.

Die Leunzehende Tafel

Soll bey der nämlichen Vorſtellung, und bey eben dem Durchſchnitt des Beckens, durch bloſe Linien zeigen, daß, wenn die äuſſern Theile ausgedehnet ſind, der äuſſere Muttermund aber erweitert iſt, ſich das Hinterhaupt des Kindes unter den Schambeinen heraus begebe, und um dieſelbe wie um eine Achſe einen halben Kreis beſchreibe, indem ſich der hintere Theil des Halſes um ſolche herum beweget, da denn zugleich das Vorderhaupt und das Geſicht ſich aufwarts kehren, und die zwiſchen dem Schambein und der äuſſeren Mündung befindliche Theile ſtark ausdehnen. So aber pfleget die Natur dieſe Theile in der Geburt auszudehnen, da wir nun derſelben allezeit nachahmen ſollen, ſo müſſen wir es eben ſo machen, wenn es nöthig iſt, dem Kopf mit der Zange zu helffen.

In Anſehung der Beſchreibung, und der angeführten Stellen, können hier die drey vorhergehenden Tafeln nachgeſehen werden.

TABVLA VIGESIMA

Siſtit partes dextri lateris eadem ratione diſſectas; caput vero *Foetus* hic contrarium habet ſitum, ab illo praecedentium trium iconum prorſus diuerſum: *Vertex* namque *Oſſis ſacri* occupat cavitatem, ſinciput vero *Pubem* verſus ſpectat.

AB Lumborum *Vertebrae*, *Os ſacrum*, *Os coccygis*.

C *Os Pubis* dextri lateris.
D *Anus*.
E *Os externum* nondum dilatatum.

F *Nympha*.
G *Labium* dextrum.
H *Coxa* cum parte *Femoris*.
II *Vterus*, quum aquae jam profluxerint, contractus.

Si Caput paruum, *Peluis* autem ampla fuerit, dilatabunt *Oſſa parietalia* cum ſincipite, hoc in caſu, vrgentibus doloribus, ſenſim *Os externum*, partes vero hoc inter *Coccygemque* ſitas diſtendent, vt magnus hinc, ceu XV. in Tabula, oriatur tumor, donec facies infra *Pubem* prodeat, atque tunc caput facile ſequetur. Sin hoc ipſum amplum fuerit, *Peluis* vero anguſtior, plus res habebit difficultatis, neque omni, reſpectu *Foetus*, caret periculo, ceu ſequens docebit Tabula.

Vide Vol. I. Cap. 2. Lib. III. Cap. 3. Sect. 4. No. 3. Vol. II. Coll. 16. No. 2.

Die

Zwanzigſte Tafel

Stellet die Theile der rechten Seite auf gleiche Weiſe durchſchnitten vor, und da hat der Kopf des Kindes eine ganz andere Lage, als in den drey vorhergehenden Figuren, indem hier der Scheitel in der Höle des Heiligen Beines ſizet, und das Vorderhaupt gegen die Scham gekehret iſt.

AB Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein und das Schwanzbein.
C Das Schambein der rechten Seite.
D Der After.
E Der noch nicht ausgedehnte äuſſere Muttermund.
F Die Nymphe.
G Die rechte Schamlippe.
H Die Hüfte nebſt einem Theil des Schenkels.
II Die wegen ausgefloſſener Waſſer zuſammengezogene Mutter.

Quod ad explicationem hujus ſequentisque attinet Tabulae, praecedentis explicatio, locaque ibidem citata ſunt inſpicienda.

Die Zwey und dreyſigſte Tafel

Zeiget unter eben der Vorſtellung, wie in voriger, das Kind in ganz anderer Lage, indem der Hintere nebſt deſſelben vordern Theilen gegen den Grund der Mutter gekehret ſind; der linke Arm ſteckt in der Mutterſcheide, und der Vorderarm hangt ausſerhalb des äuſſeren Muttermundes, auch iſt die Schulter in den Muttermund mit eingepreßt.

In dieſem Fall mus der Operateur ſeine Finger zwiſchen den hintern Theil der Mutterſcheide und den Arm des Kindes bringen, um die Schulter in die Höhe zu heben und Platz zu gewinnen, daß er mit der Hand in die Mutter kommen und des Kindes Lage unterſuchen könne. Iſt ihm dieſe bekannt, ſo ſoll er die Schulter nach denjenigen Theil der Mutter hintreiben, in welchem der Kopf ſtehet, um dieſen in den Grund derſelben zu bringen. Kan der Körper des Kindes nicht beweget und in eine bequeme Lage gebracht werden, um die Füſſe zu bekommen, ſo mus der Operateur ſeine Hand immer höher hinauf zu ſchieben trachten, um die Füſſe zu ſuchen und ſolche veſt zu halten, auch ſo viel als möglich herab zu bringen. Würde hiedurch die Lage noch nicht verändert, mus man die Schulter hinauf treiben und an den Füſſen wechſelsweis ziehen, bis man ſie in die Scheide oder über den äuſſeren Muttermund heraus gebracht hat, ſodenn kan die Entbindung, wie im vorigen Fall, zu Ende gebracht werden.

Können die Füſſe nicht weiter als bis in die Scheide herabgebracht werden, mus man um beede Knöchel eine Schlinge legen, da man dann die Beine weiter herabbringen kan, wenn mit der einen Hand an der Schlinge gezogen, mit der andern aber, welche bereits vorher in die Mutter gebracht worden, der Kopf nebſt den Schultern in die Höhe getrieben wird. Durch dieſe doppelte Gewalt kan die Lage des Kindes verändert und die Entbindung bewerkſtelliget werden. Wenn in dergleichen Fällen die Schulter nach den Grund zu getrieben wird, ſo gehet der Arm insgemein in die Mutter zurück; iſt ſelbiger aber ſo aufgeſchwollen, daß der Operateur ſeine Hand nicht hinein bringen kan, und ſich der Arm nicht biegen oder in die Mutter zuruck bringen läßt, mus ſolcher, um die Frau zu entbinden und zu erhalten, an der Schulter, oder am Ellebogen abgenommen werden. Kommen beede Arme, und ſtehet die Bruſt da, ſo verfähret man oben beſchriebener maſſen.

Was die Erklärung dieſer und der folgenden Tafel anbetrifft, ſo kan die vorhergehende nebſt den daſelbſt angeführten Stellen nachgeſehen werden.

TAB. XXXII

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA TRIGESIMA TERTIA

In *Pelui*, eadem ratione ac praecedenti in tabula repraesentata, sistit tertium exemplum *Infantis* pilae ad formam compressi, ventre, vel *Regione vmbilicali*, ad *internum vteri Os* ea ratione cubantis, vt in *Vaginam* prolapsus *Vmbilicus*, *externo* propendeat *ex Ore*.

Iuuatur hoc in casu partus, vt praecedenti in Tabula ostensum fuit, si thorax repellatur, pedesque conquirantur. Si venter infantis in propinquo sit, facilius pedes inueniuntur, quam vbi thorax proximus est, quod, priore in casu, caput propius ad *Vteri Fundum* haeret, crura vero pedesque inferiora magis spectant. Ventre vel thorace in inferiorem *Peluis* partem compulso, metuendum est, ne *Vertebrae* infantis incuruentur spinaeque medulla comprimatur; neque etiam nisi summa vi, partes hae in *Vterum* repelluntur, quo pedes apprehendi queant. Oportet hinc nonnunquam, vt mulier, genubus cubitisque innitatur, atque sic *Musculorum Abdominis* renixus minuatur. Si *Vmbilicus externo* ex *Vteri Ore* propendeat, atque arteriarum ictus in eo sentiantur, protinus est refundendus, vt *Vaginae* calore foueatur, ne sanguinis motus sistatur, isue ipse ab aere frigido cogatur. Si vna cum capite *Vmbilicus* prodeat, in summo periculo versatur infans, nisi partus, ipsis doloribus, vel pedum protractione, promoueatur.

Quod ad explicationem huius tabulae locaque citata attinet, conferendae sunt binae praecedentes tabulae.

Die Drey und dreysigste Tafel

Zeiget, bey der nämlichen Vorstellung des Beckens, wie in der vorigen, eine dritte Art der Lage eines rund um zusammengepreßten Kindes, welches mit dem Bauch, oder mit der Gegend um den Nabel, am inneren Muttermund lieget, und dessen in die Scheide eingetrettene Nabelschnur, sich am äussern Muttermund sehen läßt.

In diesem Fall wird die Entbindung, wie in der vorigen Tafel, dadurch befördert, daß man die Brust in die Höhe treibet, und die Füsse herabzubringen suchet. Wenn das Kind mit dem Bauch kommet, ist es leichter zu den Füssen zu gelangen, als wenn sich die Brust darbietet; weil im ersten Fall der Kopf dem Grund der Mutter näher ist, die Schenkel und Füsse aber weiter unten sind. Wenn der Bauch oder die Brust in den untern Theil des Beckens hineingetrieben wird, ist zu befürchten, es mögten die Wirbelbeine des Kindes verbogen, und das Ruckenmark gedrucket werden, auch wird grosse Gewalt erfordert, diese Theile in die Mutter zurück zu treiben, um zu den Füssen zu kommen; daher es denn manchmalen nöthig ist, daß sich die Frau umwende und auf den Knien und Ellebogen ruhe, um den Widerstand der Musceln des Unterleibes zu vermindern. Wenn die Nabelschnur vor den äusseren Muttermund heraus tritt, und man fühlet, daß sie noch schläget, mus man solche alsobald wieder zurückbringen, und in der Scheide warm halten, damit der Kreislauf nicht gehemmet werde und, wenn sie der kalten Luft ausgesezet ist, keine Stockung in selbiger entstehe. Kommt die Nabelschnur nebst dem Kopf, so ist das Kind in Gefahr, wenn es nicht bald durch die Wehen, oder durch das Herausziehen bey den Füssen, zur Welt gebracht wird.

Es können hier die beeden vorhergehenden Tafeln, in Ansehung der Erklärung und der angeführten Stellen, nachgesehen werden.

TABVLA TRIGESIMA QVARTA

Repreſentat *Peluim* a latere, nec non caſum, ex iis qui contra naturam accidunt, difficillimum. Prodit infans ſiniſtro humero, thorace atque collo, caput vero ad *Pubem* haerens, dextrum humerum dorſumque verſus reflexum eſt; pedes atque nates *Fundum* occupant *Vteri*, qui valde contractus ipſum infantis corpus, oblongae Vaginae inſtar ambit.

ABC *Os ſacrum* nec non *Os Coccygis.*

D *Os Pubis* ſiniſtrum.
E Pars *Veſicae.*
F *Inteſtinum rectum.*
M *Anus.*
MN *Perinaeum.*
V *Vrethra.*
O *Os Vteri* nondum adapertum, poſteriora ſpectans atque *Inteſtino recto* et *Oſſi Coccygis* obuerſum.
RS Idem *Os Vteri,* punctis delineatum, a doloribus jam exortis, adapertum.

TU *Os Vteri* amplius, ſed magis poſteriorem quam anteriorem partem *Peluis* verſus adapertum.
WP Idem anterius nondum ex integro, poſterius vero ita dilatatum, vt prorſus euanuerit; quin continuus interdum, hoc in loco, cum *Vagina* fit *Vterus.*

Patet hinc, cur anterior *Oris vterini* pars ſaepius ante caput *Infantis Pubem* verſus adigatur; quodſi vero partus hinc retardetur, eundem juuare poſſumus, ſi inter Caput ipſamque hanc partem, vnus alterve digitus inſeratur. V. Tabulam IX. X. XI. XII. XIII.

Vbi Infans ita fuerit compoſitus, educique debeat, partes quae in propinquo ſunt, manu retro repellantur, quo caput ſurſum tollatur inque *Vteri Fundum* aſcendat. Quodſi ob arctiorem *Vteri* contractionem id fieri nequeat, caute pedetentimque chirurgus manum prope thoracem ventremque demittere debet, vt crura pedesque apprehendere, apprehenſosque, quantum quidem infantis poſitus permittit, educere queat. Tunc vero corpus, partes inferiores retropellendo, ſuperiores attrahendo, ita eſt conuertendum, vt, pedibus vltra *externum Os* protractis, ipſe foetus, vt in XXXI. Tabula, educatur. Sin pedes non eo vsque adduci atque ex *Vteri externo Ore* propendentes comprehendi queant, tali, vt XXXII. in Tabula, laqueo ſunt conſtringendi.

Conferantur loca I. atque ad III. partis ad Tabulam XXXI. citata.

Die Vier und dreyſigſte Tafel

Stellet das Becken von der Seite und zugleich einen der ſchwerſten widernatürlichen Fälle vor. Das Kind iſt mit der lincken Schulter, mit der Bruſt und dem Hals eingetretten, der Kopf iſt über die Schamgegend, nach der rechten Schulter und den Rücken zurück gebogen, die Füſſe und der Hintere aber ſtecken oben im Grund der Mutter, welche um den Körper des Kindes, gleich einer langen Scheide zuſammen gezogen iſt.

ABC Das heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein an der linken Seite.
E Ein Theil von der Harnblaſe.
F Der Maſtdarm.
M Der After.
MN Das Mittelfleiſch.
V Der Harngang.
O Der noch nicht geöffnete Muttermund, welcher nach hinten, nach dem Maſtdarm und Schwanzbein zu ſtehet.
RS Eben derſelbe, durch punctirte Linien vorgeſtellet, wie er von denen Wehen, ſo ſich nunmehr einzuſtellen angefangen, geöffnet worden.
TU Eben derſelbe weiter geöffnet, doch mehr nach dem Hintern als vordern Theil des Beckens zu.
WP Eben derſelbe von vornen noch nicht völlig, von hinten aber ſo weit ausgedehnet, daß man nichts mehr davon ſiehet, indem die Mutter und die Mutterſcheide, daſelbſt manchmalen nur eine Fläche mit einander machen.

Hieraus iſt zu erſehen, warum der vordere Theil des Muttermundes vielmals vor dem Kopf des Kindes her und an die Schamgegend angetrieben werde; wenn nun aber dadurch die Entbindung aufgehalten wird, kan man ſolche befördern, wenn man einen oder zwey Finger zwiſchen den Kopf und dieſen Theil bringet. S. die IX. X. XI. XII. XIII. Tafel.

Wenn das Kind die auf dieſer Tafel vorgeſtellt Lage hat, und ſolches entbunden werden ſoll, mus man ſuchen, die Theile, womit es eingetretten, mit der Hand zuruck zu treiben, um den Kopf hinauf und in den Grund der Mutter zu bringen. Iſt ſolches wegen des ſtarken Zuſammenziehens der Mutter nicht möglich, ſo mus der Operateur ſeine Hand ſachte und vorſichtig, längſt der Bruſt und dem Bauch des Kindes hinauf ſchieben, um zu den Schenkeln und Füſſen zu kommen; dieſe muß er ergreiffen, und ſo weit herabziehen, als es die Lage des Kindes erlauben will. Hierauf ſoll der Körper deſſelben durch Hinauftreibung der untern Theile, und Anziehung der obern, herumgewendet werden, bis die Füſſe zum äuſſeren Muttermund herausgebracht und das Kind, wie in der XXXI. Tafel entbunden worden. Kan man aber die Füſſe nicht bekommen, daß man ſie auſſerhalb des äuſſern Muttermundes ergreiffen kan, mus man um die Knöchel eine Schlinge legen, wie in XXXII. Tafel.

S. die bey der XXXI. Tafel angeführte Stellen des I. und III. Theiles.

TAB. XXXIV.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA TRIGESIMA QVINTA

Peluim a latere exhibet, rationemque docet qua, ope longioris incuruaeque forcipis, in casibus contra naturam, *Infantis* caput sit extrahendum, si id ipsum methodo ad Tabb. XXIX. & XXX. indicata, per ipsas manus educi nequeat.

A Tres inferiores *Lumborum Vertebrae*, cum *Osse sacro*, *Osseque Coccygis*.
B *Os Pubis* sinistri lateris.
CC *Perinaeum* atque *Anus* forcipe retroacti.
D *Intestina*.
EE *Abdominis* parietes.
FFF *Vterus*.
G Pars posterior *Oris Vteri*.
H *Intestinum rectum*.
I *Vagina Vteri*.

Si corpore brachiisque infantis extractis, methodo in explicatione citatarum tabularum, nec non in I. et III. Parte fusius descripta, caput per ipsas manus educi nequiuerit; vt infans conseruetur, qui ob vertebrarum colli luxationem, medullaeque spinalis compressionem in mortis periculo versatur, haec adhibenda curatio est. Si resupina mulier transuerso lecto sit collocata, oportet ex assistentibus aliquem corpus atque brachia infantis sursum tollere, quo chirurgus facilitatem agendi nanciscatur, qui, vbi altera manu faciem infantis apprehendit atque retrorsum direxit, vt forcipem lateribus capitis magis commode injicere queat, manum alteri auri admouere, altera vero manu forcipis brachium, inter manum atque caput dimittere debet, ita vt incurua forcipis pars, ceu Tabula monstrat, *Pubem* spectet. His peractis manum educit, eademque forcipis brachium retinet, donec alteram manum, prope alterum capitis latus inseruerit, qua brachium forcipis jam demissum, eo compulso capite, comprimit, ne dum, opposito in latere, alterum demittit brachium, id ipsum elabatur. Cauere dein debet, ne vbi bina demissa forcipis brachia jungit, partem aliquam Vaginae arripiat comprimatque. Si latera capitis forcipe firmiter fuerint apprehensa, facies atque sinciput, in latus prope marginem *Peluis* conuerti debent, vt latior capitis pars, in latiorem hujus marginis partem ingrediatur. Attrahi tunc caput inferiora versus atque, prout renixus ex magnitudine ipsius, vel ex peluis angustia oriens, id requirit, major etiam vis adhiberi debet. Tum si sinciput propius est attractum, ea ratione est conuertendum, vt cauitatem intret, quam *Os sacrum* cum *Coccyge* format, quod dum fit, manubria forcipis sursum sunt tollenda, ipsa vero sub protractione *externo ex Ore* omnia illa sedulo obseruanda, quae in explicatione XIX. et XXX. Tabull. fuerunt dicta. Hac ratione caput educi, atque infans saepius seruari potest, neque vt vncus adhibeatur opus est, nisi Peluis adeo sit angusta, vt caput, ni extenuetur, educi prorsus nequeat.

V. Tab. XXXIX, vt et Part. I. Lib. III. Cap. 4. Sect. 5. nec non Collect. 34. et 35.

Die

Fünf und dreyßigste Tafel

Zeiget das Becken von der Seite, und wie vermittelst der langen krummen Zange, in widernatürlichen Fällen, des Kindes Kopf herauszuziehen seye, wenn solches nicht, nach der bey der XXIX. und XXX. Tafel beschriebenen Weise, mit den Händen bewerkstelliget werden kan.

A Die drey letzten Wirbelbeine der Lenden, nebst dem heiligen Bein und dem Schwanzbein.
B Das Schambein linker Seite.
CC Die Gesäsnath und der After, welche mit der Zange zurück gedrucket werden.
D Die Gedärme.
EE Theile des Unterleibes.
FFF Die Gebärmutter.
G Der hintere Theil des Muttermundes.
H Der Mastdarm.
I Die Mutterscheide.

Wenn der Leib und die Arme des Kindes heraus gebracht worden, und man sich bemühet hat, nach den in der Erklärung der angeführten Tafeln vorgeschlagenen und im I. und III. Theil umständlicher beschriebenen Methoden, den Kopf vermittelst der Hände herauszubringen; kan man, um das Kind zu erhalten, welches sonst, wegen Verenkung der Halswirbel und Druckung des Ruckenmarkes, verlohren gehen könnte, sich folgender Art bedienen. Wenn die Frau, wie in der XXIV. Tafel auf den Rucken liegt, mus einer von den beystehenden den Körper und die Arme des Kindes oberwärts nach den Leib der Frauen zu halten, damit der Operateur mehr Platz bekomme, welcher, wenn er eine Hand an des Kindes Gesicht gebracht, und solches von der Seite etwas ruckwärts gedrehet hat, damit er die Zange, an den Seiten des Kopfes, bequemer anlegen könne, seine Hand nach einem Ohr hinbringen, und eines der Blätter von der Zange mit der andern Hand, zwischen solche und den Kopf hinein schieben muß, so, daß die krumme Seite, wie die Tafel zeiget, nach der Schamgegend gerichtet seye. Ist dieses geschehen, so ziehet er die Hand heraus, um mit solcher das Blat der Zange zu halten, bis er die andere Hand an die andere Seite des Kopfes hinein gebracht hat, wodurch denn derselbe an das hineingeschobene Blat angedrucket wird, daß es nicht herausfallen kan, wann er mit der andern Hand an der gegenüber stehenden Seite das Blat hinein schiebet. Sind nun also die beeden Blätter hinein gebracht worden, hat er sich in Acht zu nehmen, wenn er solche zusammenfüget, daß kein Theil der Mutterscheide eingeklemmet werde. Wenn die Zange an den Seiten des Kopfes fest anlieget, mus das Gesicht nebst dem Vorderhaupt, wieder nach der Seite des Randes vom Becken gedrehet werden, wodurch der breite Theil des Kopfes in den breiten Theil des Randes vom Becken kommet. Hierauf wird der Kopf weiter herunter gebracht und, nachdem es der Widerstand des grossen Kopfes, oder die Enge des Beckens erfordert, immer mehr Gewalt gebraucht. Ist nun das Vorderhaupt weit genug herabgebracht worden, mus es so gedrehet werden, daß es in die Höle des heiligen Beines und des Schwanzbeines zu stehen komme, wobey die Handgriffe der Zange in die Höhe zu halten, und in Herausziehung des Kopfes durch den äusseren Muttermund mit eben der Vorsicht zu verfahren, wie bey der XIX. und XXX. Tafel gemeldet worden. Auf diese Weise kan der Kopf herausgebracht, und das Kind öffters erhalten werden, ohne daß man den Haacken zu gebrauchen nöthig hätte, ausgenommen bey solchen Becken, welche so enge sind, daß es unmöglich ist, den Kopf, ohne seine Grösse zu vermindern, herauszuziehen.

S. die XXXIX. Tafel, wie auch des I. Theils III. Buch 4 Cap. im 5. Absch. und des III. Th. 34 und 35 Sammlung.

TABVLA TRIGESIMA SEXTA

Monſtrat *Peluim* a latere, nec non qua ratione, ope incurui vnci, *Infantis* caput ſit extrahendum, ſi ob nimiam ſui magnitudinem, vel ob *Peluis* anguſtiam, a corpore jam extracto auulſum in Vtero manſerit.

ABC *Os ſacrum* atque Os *Coccygis.*
D *Os Pubis* ſiniſtri lateris.
EE *Vterus*
F Pars Vnci qua alteri jungitur.

ghi Acumen vnci intra *Cranium.*

Vbi, hoc in caſu, ſinciput ad *Os Pubis* haeret, vel ob foetum jam mortuum, atque putridum, corpus fuerit abruptum inferiorque maxilla auulſa, longiore incuruaque forcipe caput educi poteſt. Quodſi vero ob nimiam magnitudinem capitis, *Peluisque* anguſtiam, res dicta ratione peragi nequeat, caput aperiendum eſt, quo, dum extrahitur, extenuetur. Vbi itaque parturiens dorſo vel lateri incumbit, vt in explicatione Tabb XVI. & XXIV. dictum fuit; Chirurgus ſiniſtram manum in *Vterum* demittere, ſinciputque infantis dextrum latus verſus ad marginem *Peluis* nonnihil retrorſum conuertere debet, mento inferiora ſpectante. Dein palmam atque digitos ad Fontanellam vsque demittit, caputque pollice et auriculari digito firmiter, quantum quidem fieri poteſt, retinet, dum ſimul aſſiſtentium aliquis *imum Ventrem* vtroque in latere manibus premit, ne Vterus in media infimaque ipſius parte dimoueatur. Tum, vbi chirurgus dextra manu vncum dimiſit capitique applicuit, ita, vt ipſius acumen ſinciput, conuexa vero pars *Os ſacrum* ſpectet, eundem ſub ſiniſtra manu ad *Fontanellam* vsque promouet, ibidemque vel etiam prope illam vnci acumen defigit, ſiniſtram manum in eodem ſemper ſeruans ſitu, donec altera, acumine inſtrumenti cranium forarit, quo facto illud ipſum a *k* ad *i* vsque aperit. Fortius tum comprehenſo vnco, ſiniſtram manum omni educit cautione, ne partium mutetur ſitus, atque ſic, ejus ope qui imum comprimit ventrem, ipſum caput magis deſcendet. Dein binos anteriores digitos ſiniſtrae manus in os inſerit, pollicem vero inferiori admouet maxillae, ſic tamen vt manus altior ſit vnco. Tum chirurgus, omnia firmiter retinens, ambabus manibus leniter trahere poteſt, atque vbi cerebrum per foramen effunditur, extenuabitur caput, ita, vt extrahi queat. Quodſi caput adeo lubricum ſit, vt id fieri nequeat, vel ſi cranii durities impedimento ſit, quo minus foramen ſat amplum reddi poſſit, *Vertex* marginem *Peluis* verſus eſt conuertendus, ita vt *Fontanella* retrorſum ſpectet, dein bina, lateribus capitis, iniicienda ſunt longioris incuruaeque forcipis brachia, ſic, vt curuatura ipſius *Pubem* ſpectet. Iunctis poſtea brachiis, manubria ipſorum colligantur, vt capiti affixa maneant, vnus vero ex aſſiſtentibus eadem retrorſum dirigit, donec cranium ope majoris forficis XXXIX. in Tabula depictae, ſatis fuerit apertum. Tum leniter educendum eſt caput, ſic tamen, vt *Sinciput* ad latus marginis antea conuertatur, dein, vbi cerebrum effunditur, caputque inferiora verſus magis eſt adductum, id ipſum ita eſt conuertendum, vt Sinciput cauitatem *Oſſis ſacri* ingrediatur, poſtea vero infans, ratione ad Tabulam XVI. indicata, extrahitur.

Monſtrat inſuper haec Tabula qua ratione vncus capiti ſit injiciendus, ſi chirurgus id ipſum, licet corpus non fuerit ſeparatum, per ipſas manus, vel longiore forcipe, vt XXIX. et XXXV. in Tabula, commode educere nequeat.

V. Part. I. Lib. III. Cap. 7. Sect. 4. Cap. 4. Sect. 5. & Part. III. Collect. 31, 36.

Die

Sechs und dreyſigſte Tafel

Stellet das Becken von der Seite vor, und wie man vermittelſt eines krummen Haackens, den Kopf des Kindes herausziehen könne,

wenn ſolcher, weil er entweder zu gros, oder das Becken zu enge iſt, nach entbundenen und abgeſonderten Körper, in der Mutter zuruck geblieben.

ABC Das heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein linker Seite.
EE Die Gebährmutter.
F Der Theil des Haackens, wo er mit dem andern zuſammengefüget wird.
ghi Die Spize des Haackens innerhalb der Hirnſchale.

Wenn ſich dieſer Fall ereignet, weil das Vorderhaupt am Schambein hanget, oder das Kind ſchon lange tod iſt, und ſo mürbe geworden, daß ſich der Körper und der untere Kiefer unvermuthet abgeſondert haben, iſt die lange aufwärts gekrümmte Zange hinlänglich genug den Kopf herauszuziehen; wäre aber derſelbe gros, und das Becken enge, und könnte die Entbindung nicht auf angezeigte Weiſe vollbracht werden; ſo muß man den Kopf öffnen, damit ſich, im Herausziehen, die Gröſſe desſelben vermindere. Wenn nun alſo die Gebährende entweder auf dem Rücken oder auf der Seite lieget, wie in der Erklärung der XVI. und XXIV. Tafel angerathen worden; ſo mus der Operateur ſeine linke Hand in die Mutter bringen, und das Vorderhaupt des Kindes nach der rechten Seite des Randes vom Becken etwas ruckwärts drehen, wobey das Kinn nach unten gerichtet ſeyn mus. Hierauf ſchiebt er die flache Hand und die Finger bis an das Blätgen hinauf, und hält den Kopf mit dem Daumen und kleinen Finger an den Seiten ſo veſt als möglich, wobey zugleich ein Beyſtehender, den Unterleib an jeder Seite mit beeden Händen drucken mus, um die Gebährmutter in dem mittlern und untern Theil desſelben veſt zu halten. Wenn dieſes geſchehen, und der Operateur mit ſeiner rechten Hand den Haacken hinein gebracht, und an den Kopf angeſetzet hat, ſo, daß die Spitze desſelben nach dem Vorderhaupt, der runde Theil aber nach dem heiligen Bein gekehret iſt, ſchiebt er denſelben an der innern Seite der linken Hand bis an das Blätgen hinauf, und ſezet daſelbſt, oder nahe dabey, die Spize des Haackens veſt an, wobey er die linke Hand beſtändig in der vorigen Lage hält, bis er mit der andern die Hirnſchale mit der Spize des Inſtruments durchbohret hat, und macht ſodenn in ſolche eine lange Oeffnung von k bis zu i; hierauf hält er den Haacken veſt, und ziehet die linke Hand mit aller Vorſicht heraus, damit die vorige Lage nicht verändert werde, der Kopf aber wird durch Beyhülfe deſſen der den Unterleib drucket, weiter herabtretten. Hierauf ſtecket er die beeden vordern Finger der linken Hand in den Mund, den Daumen aber bringt er an den untern Kiefer, ſo, daß die Hand über dem Haacken ſeye. Wenn nun der Operateur alles veſt hält, kan er anfangen mit beeden Händen gemach zu ziehen, dringt hierauf das Hirn durch das gemachte Loch heraus, ſo wird der Kopf kleiner, und alſo kan er auch folgen. Sollte dieſes aber wegen Schlüpferigkeit des Kopfes, oder auch deswegen nicht angehen, weil er bereits ſo ſtark knöchen geworden, daß man die Oeffnung nicht gros genug machen kan; mus der Scheitel nach dem Rand des Beckens gedrehet werden, ſo, daß das Blätgen ruckwarts ſtehe, hernach legt man die beeden Blätter der langen krummen Zange an den Seiten des Kopfes an, ſo, daß die Krümme derſelben nach der Schamgegend gerichtet ſeye. Sind nun aber ſelbige in einander gefüget worden, ſo bindet man die Handheben derſelben mit einem Band zuſammen, damit ſie veſt am Kopf liegen bleiben, ein Beyſtehender aber hält dieſelben ruckwärts, bis die Hirnſchale vermittelſt der in der XXXIX. Tafel vorgeſtellten groſſen Scheere, weit genug geöffnet worden. Hierauf ziehet man den Kopf ſachte heraus, drehet aber vorher das Vorderhaupt nach der Seite des Randes, und wenn das Hirn herausdringt, und der Kopf weiter heruntergebracht worden, drehet man ihn ſo, daß das Vorderhaupt in die Höle des heiligen Beines komme, worauf die Entbindung, wie in der XVI. Tafel, vollendet wird.

Es kan dieſe Tafel auch dazu dienen, daß man ſehe, wie der Haacken an dem Kopf anzulegen ſeye, wenn ſolcher, obſchon der Körper nicht davon abgeſondert worden, von dem Operateur mit den Händen oder der langen Zange, wie in der XXIX. und XXXV. Tafel, nicht herausgebracht werden kan.

S. des I. Th. III. B. 3. Cap. 7. Abſchn. 4. Cap. 5. Abſchn. und des III. Th. 31, 36. Samml.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TAB. XXXVII.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA TRIGESIMA SEPTIMA

Repraesentat, aeque ac binae sequentes, varia, in difficilibus atque laborioſis casibus, vtilia *Instrumenta*.

a **R***ecta* atque *breuis* est *Forceps*, quae distantiam laminarum earundemque longitudinem, eum ad locum vsque vbi junguntur, exacte monstrat. Illa binos, haec sex aequat pollices, atque proin ipsae laminae, cum manubriis suis quinque pollices cum dimidio longis, longitudinem vndecim et dimidii habent pollicis. Pro lubitu etiam mutari manubriorum potest longitudo. Ipsa tamen praxi edoctus, affirmare possum, hujus mensurae forcipem magis commode adhiberi longiore, plurimis namque in casibus, in quibus illa vti cogimur, pro extrahendo partu sufficit. Possunt manubria inferiorque laminarum pars, crassiore obuolui corio, ipsis vero laminis mollius est inducendum velamen, facili opera mutandum, si forte suspicio, contagii cujusdam venerei, ex vno priorum casuum nascatur. Forcipe hac ratione obuoluta firmius, quae apprehendimus, retinentur, neque etiam ea ipsa infantis caput nimium premitur. Vt insuper laminae commode magis demittantur, lardo sunt inungendae.

b Laminam alteram postica ostendit a parte, quo praeter formam mensuramque ipsius cernatur, quae amplitudo longitudoque sit in ipsa facti foraminis; hic tamen manubrium justo fere est majus.

Quod ad formam atque mensuram *longioris incuruaeque* attinet *forcipis*, quae similiter velamine quodam est oluoluenda, conferri potest Tabula XXI.

Adhibetur forceps, eo praesertim consilio, vt infans seruetur, acutorumque instrumentorum vsus vitetur; sed adhiberi illis tantum in casibus debet, vbi mulier, ob vim ipsa in extractione adhibendam, nullum vitae subit periculum, inconsideratus namqne ipsius vsus, plus afferre potest noxae quam emolumenti.

Conferri hic etiam possunt, explicatio Tabulae XVI. Praefatio Volum. II. nec non huc spectantes in Collectione reperiendi casus.

c Obtusus Vncus, cujus triplex est vsus:

Primo ad extrahendum adhibetur caput, si cranium forfice fuerit perforatum. Demittitur scilicet extrema eaque minor pars prope aurem ad latus capitis vltra inferiorem maxillam, cui dein vncus injicitur, altera postea manu alterum extremum vnci est apprehendendum, bini vero alterius manus digiti in dictum foramen sunt inserendi, ipsumque caput sensim extrahendum.

Secundo, commode vti possumus vnci extrema minorique parte, ad educendas secundas, si primis quatuor quinqueue mensibus abortu facto, ob easdem diutius in vtero remanentes, separatas tamen, mulier nimiam sanguinis patitur profusionem viribusque deficitur, ipsi vero dolores easdem minus propellunt, neque digitis eaedem extrahi queunt. Vbi vero secundae ad vterum adhaerent, neque vnco neque alio educi debent instrumento, sed relinquendae sunt donec solutae sint. Si exigua secundarum pars ex vteri ore propendet, atque a parte reliqua in vtero haerente auellitur, coit tum vteri os, ipsa vero illa irritatio cessat, quae effectura fuisset, vt continui dolores secundas separassent propulissentque.

Tertio, majore alterius extremi vnco, corpus infantis educi potest, si obuersis clunibus ille vtero emergit; cautius tamen id ipsum est peragendum, ne femur luxetur diffringaturque.

V. Tabula XIX. vt et Vol. I. Lib. II. Cap. 3. ab Lib. III. Cap. 3. Sect. 7. Cap. 4. Sect. 2. Vol. II. Collect. 12. Vol. III. Coll. 31. 32.

Die Sieben und dreyſigſte Tafel

Stellet, nebſt den beeden folgenden, verſchiedene, in ſchweren und mühſamen Fällen, nüzliche Inſtrumente vor.

a Iſt die gerade kurze Zange, wobey die Proportion, was den Abſtand der Blätter von einander, und die Länge vom Ende derſelben, bis dahin, wo ſie zuſammen gefüget werden, anbelanget, genau beobachtet worden. Jener erſtrecket ſich auf zwey, und dieſe auf ſechs Zolle, ſo, daß alſo die Blätter mit ihren Handhaben, welche fünf und einen halben Zoll lang ſind, eine Länge von eilf und einen halben Zoll haben. Die Länge der Handhaben kan auch nach Belieben verändert werden. Doch hat mich die Practic gelehret, daß dieſes das beſte Maas, und eine ſolche Zange bequemer als eine längere zu gebrauchen ſeye, indem ſie, in den meiſten Fällen, wo man ſich derſelben zu bedienen nöthig hat, zur Entbindung ſtark genug iſt. Die Handhaben und der unterſte Theil der Blätter können, wie hier, mit ſtarken Leder überzogen werden; die Blätter ſelbſt aber, kan man mit etwas dünnerem überziehen, ſo, daß man es leicht verneueren könne, wenn man etwann, aus einem der vorigen Fälle, argwohnte, es mögte, wegen eines veneriſchen Uebels, eine Anſteckung zu befürchten ſeyn. Wenn die Zange ſo überzogen iſt, ſo hält ſie veſter, und druckt des Kindes Kopf nicht ſo ſtark. Damit man auch die Blätter beſſer hinein bringen könne, müſſen ſie mit Speck beſtrichen werden.

b Stellet den hintern Theil eines einzelnen Blates vor, um die Weite und Länge der in ſolchem befindlichen Oeffnung, wie auch die Form und das ganze Maas desſelben zu zeigen; doch iſt hier die Handhebe faſt etwas zu gros.

Was die Form und das Maas der langen Zange anbelanget, welche aufwärts gekrümmet, und eben auch überzogen ſeyn ſoll: ſo kan deswegen die XXI. Tafel nachgeſehen werden.

Der Zange bedienet man ſich vornehmlich um das Kind zu erhalten, und den Gebrauch ſcharfer Inſtrumente zu vermeiden; doch ſoll man ſich auch derſelben nur in ſolchen Fällen bedienen, wo die zum Herausziehen anzuwendende Kraft, für das Leben der Mutter keine ſchlimme Folgen haben kan. Denn durch den unüberlegten Gebrauch der Zange kan man viel mehr Schaden thun als Nutzen ſchaffen.

Man kan hier auch die Erklärung der XVI. Tafel, die Vorrede des II. Theils, und die in der Sammlung befindliche hieher gehörige Fälle nachleſen.

c Der ſtumpfe Haacke, welchen man in dreyerley Abſicht gebrauchet:

Erſtlich, das Herausziehen des Kopfes zu befördern, wenn die Hirnſchale mit der Scheere geöffnet worden, indem man das kleinere Ende, längſt dem Ohr, an der äuſſeren Seite des Kopfes über den untern Kiefer hinauf bringet, woran man die Spize desſelben anſezet; da man denn das andere Ende des Haackens mit einer Hand hält, zwey Finger der andern Hand aber in gedachte Oeffnung bringet, und ſo den Kopf nach und nach herausziehet.

Zweytens iſt das kleinere Ende ſehr dienlich, wenn in den vier oder fünf erſten Monaten ein Kind abgehet, um damit die in der Mutter liegende, abgelöſte Nachgeburt heraus zu ziehen, wenn die Kranke wegen des zu langen Zuruckbleibens derſelben ſich ſtark verblutet, und ſchwach wird, die Wehen aber nicht vermögend ſind ſolche fortzutreiben, und ſie nicht vermittelſt der Finger herausgezogen werden kan. Wenn aber die Nachgeburt noch anhänget, ſo iſt es gefährlich dieſes, oder auch ein anderes Inſtrument zu gebrauchen, um ſolche herauszuziehen, indem man ſie ſo lange darinnen laſſen mus, bis ſie ſich ſelbſt ablöſet. Wenn ein kleiner Theil von der Nachgeburt zum Muttermund herausgetretten, und von dem noch an der Mutter anhängenden Reſt abgeriſſen worden, ſo ziehet ſich der Muttermund zuſammen, und da läßt die Reizung nach, welche verurſachet haben würde, daß die Wehen angehalten, und die ganze Nachgeburt abgeſondert und heraus getrieben hätten.

Drittens dienet der gröſſere Haacken am andern Ende, um den Körper damit heraus zu ziehen, wenn das Kind mit dem Hintern kommt; doch mus man ihn mit vieler Vorſicht gebrauchen, damit das Schenkelbein nicht verenket oder zerbrochen werde.

S. die XXIX. Tafel, wie auch des I. Th. II. B. 3. C. und des III. Buches 3. C. 7. Abſchn. 4. C. 2. Abſchn. des II. Th. 12. Samml. des III. Th. 31. 32. Samml.

TABVLA TRIGESIMA OCTAVA.

A *Laqueum* ostendit *cum balaenatia virga*, qui in difficilibus casibus interdum commode adhibetur, si ipsi chirurgo forceps minus forte sit ad manus.

Si *Infans Vertice* prodeat, caputque in inferiorem *Peluis* partem fuerit compulsum, mulier vero eneruata, neque etiam dolores ita foetum vrgeant vt per se excidere possit, inflexus laqueus prope anteriorem *Ossium bregmatis* partem, faciem versus, ea ratione est demittendus, vt, si fieri possit, super inferiorem maxillam injiciatur, hoc peracto, balaenatia virga vel intus relinquitur, vel e vagina sua educitur, ipse vero laqueus, vrgente semper dolore quodam, paulatim attrahitur. Si caput in superiorem *Peluis* partem retro repelli queat, faciliori opera laqueus mento injicitur, fortiusque tum attrahi potest. Vbi infans facie, vel sincipite prodit, laqueus occipiti est injiciendus. V. Part. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 2. Part. II. Collect. 24.

In ejusmodi casibus balaenatiae virgae loco, ramus lentae adhiberi potest salicis, qui molli, vaginae ad modum consuta taenia est obducendus.

BB Nouam *Pessi* speciem monstrant, contra *Vteri Procidentiam* adhibendam; effictus ille est ad similitudinem illius quo *Galli*, *Belgaeque* vtuntur. Si *Vterus* repositus fuerit, pars crassior pessi in *Vaginam* demittitur, ita, vt *Vteri Os* concaua illius fulciatur parte, tribus in locis eum in finem perforata, vt humidis exitus detur. Bina, in tenuiore ex vteri externo ore prominente parte, sunt foramina, per quae duae transmittuntur teniae, cum quatuor aliis connectendae, quae a cingulo mulieris ventrem ambiente dependent, pessumque retinent. Vbi mulier cubitum se confert, pessum educere, si e lecto surgit, rursus demittere illum potest; quum vero externum *Os Vteri* eo ipso fricetur, mulierique ex vsu ipsius haud leuis interdum nascatur molestia, species illa, C signata, huic praefertur. Fiunt autem ex ligno, ebore, subere, linteoque obuoluti cera obducuntur. Inungitur ejusmodi pessus vnguento pomato, dein margine demittitur in vaginam, atque digito in foramen immisso ea ratione dirigitur, vt intra externum *Vteri Os* transuerse collocetur. Prout autem amplior angustiorque est via, major etiam vel minor efficiendus est pessus, ne forte, suborto nixu, excidat. V. Part. I. Lib. IV. Cap. 1. Sect. 7. Part. III. Collect. 24.

DD *Catheterem* sistunt mulieribus adaptatum, quo praeter ipsius curuaturam, reliquae illius etiam conspici queant partes. Ad vsum quotidianum minores quoque confici queunt, magis commode in pera portandi. Quodsi vero nonnunquam vesica supra *Pubem* a capite vel corpore infantis comprimitur, catheter longitudinem heic depicti, vt habeat, necesse est, coactus etiam, rarioribus in casibus, vsus sum cathetere viris adaptato.

V. Part. I. Lib. II. C. 1. Sect. 1. 2. Part. II. Collect. 10. N. 2.

Die Acht und dreysigste Tafel.

A Zeiget die Schlinge mit dem Fischbein, deren man sich manchmalen in schweren Fällen mit Nutzen bedienen kan, wenn der Operateur im Nothfall die Zange nicht bey der Hand hat.

Wenn das Kind mit dem Scheitel kommet, und der Kopf in den untern Theil des Beckens eingedrungen, die Frau aber zu matt, und die Wehen das Kind herauszutreiben zu schwach sind, so mus man die zusammengebogene Schlinge längst dem Vordertheil der Seitenbeine nach dem Gesichte zu hinein schieben, und wo möglich, unter den untern Kiefer zu bringen suchen, wenn nun dieses geschehen, so kan man das Fischbein entweder darinnen lassen, oder aus der Scheide herausnehmen, und bey jeder schwachen Wehe, an der Schlinge gelinde ziehen. Kan man den Kopf in den obern Theil des Beckens zurückbringen, so ist es noch leichter die Schlinge am Kinn anzulegen, da sie denn auch sicherer und besser, als am Gesichte, hält. Kommt das Kind mit dem Gesicht oder Vorderhaupt, so bringt man die Schlinge über das Hinterhaupt. S. im I. Th. des III. B. 3. C. 2. Abschn. im II. Th. die 24. Samml.

In dergleichen Fällen kan man sich auch statt des Fischbeines eines zachen Weydenzweiges bedienen, den man mit einem weichen Knie- oder Haarband, so gleich einer Scheide zusammen genähet worden, überziehen kan.

BB Sind zwey Vorstellungen einer neuen Art eines Mutterzapfens zum Vorfall der Mutter, so nach der französischen und holländischen Art gemachet ist. Wenn die Mutter zuruck gebracht worden, schiebt man das dicke Ende des Mutterzapfens in die Mutterscheide hinein, so, daß der Muttermund vom holen Theil gehalten werde, in welchem drey Löcher sind, damit keine Feuchtigkeit in solchem stehen bleibe. Am dünnen Ende, so ausser dem äusseren Muttermund bleibet, sind durch die beeden Löcher zwey Bänder gezogen, an welchen vier andere Bänder angebunden werden, welche von einem der Frauen Leib umgebenden Gürtel herabhangen, und also den Mutterzapfen halten. Wenn die Frau zu Bette gehet, kan sie den Mutterzapfen heraus nehmen, und des Morgens wieder hinein schieben; weil aber der äussere Muttermund manchmalen davon gerieben wird, und daher der Gebrauch desselben beschwerlich ist, so wird die runde mit C bezeichnete Sorte mehr gebraucht. Man macht sie aus Holz, Helfenbein oder Gork, und dieser wird mit Leinwand überzogen, und in Wachs eingetaucht. Man bestreicht den Mutterring mit Pomade, bringet ihn mit dem Rand in die Mutterscheide, und giebt solchem hernach vermittelst eines in sein Loch gebrachten Fingers eine quere Lage innerhalb des inneren Muttermundes. Sie müssen, nachdem der Weg weiter oder enger ist, grösser oder kleiner gemachet werden, damit der Ring, nicht etwann, bey einem ausserordentlichen Drengen herausfalle. S. des I. Th. IV. B. 1. Cap. 7. Abschn. und des III. Th 24. Samml.

DD Ist eine gedoppelte Vorstellung eines bey Weibspersonen gebräuchlichen Catheters, um den Grad seiner Krümme und seine verschiedenen Theile zu zeigen. Zum gemeinen Gebrauch können sie viel kürzer gemachet werden, um sie bequemer im Sack zu tragen. Wenn aber manchmalen der Kopf oder Körper des Kindes über der Schamgegend, die Blase drucket, so mus der Catheter die hier vorgestellte Länge haben, und bey einigen ausserordentlichen Fällen bin ich gezwungen gewesen, mich eines bey Männern gebräuchlichen Catheters zu bedienen.

S. des I. Th. II. B. 1. Cap. 1. 2. Abschn. des II. Th. 10. Samml. N. 2.

TAB. XXXVIII.







J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TAB. XXXIX.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA TRIGESIMA NONA.

a BInos monſtrat *incuruos Vncos* ad modum laminarum forcipis junctos. Rarius vtrumque adhibere neceſſum eſt, niſi eo in caſu, quando infans facie prodit ejusque mentum *Os ſacrum* ſpectat, ipſumque caput nulla ratione dimoueri poteſt, ſic vt infans neque pedibus, neque forcipe extrahi queat. Vbi hoc in caſu vnus minus ſufficit vncus, alter etiam eſt demittendus, binique juncti *Cranium* perforant, quodſi tunc caput procedit, forcipis loco inſeruiunt, ad caput conuertendum educendumque. Commode etiam iisdem caput extrahitur, ſi in Vtero relictum, vno vnco auferri nequeat. Acuto tamen rarius opus eſt vnco, ſi caput in propinquo ſit: vtplurimum namque obtuſus Tabula XXXVII. depictus adhiberi poteſt vncus; vel ſi caput forficis ope fuerit apertum, forcipe educitur. In vſu acuti vnci, acumen ipſius infantem verſus eſt conuertendum, praeſertim iis in caſibus, vbi digitis eundem dirigere non licet. Puncta ad interius latus alterius laminae conſpicienda, vaginam indicant, qua vnci acumen tegitur, donec ſufficienter fuerit demiſſus. Soluitur dein ligatura, manubria ambiens punctisque indicata, educitur vagina, nudumque acumen capiti injicitur, quemadmodum Tabula XXXVI. fuit oſtenſum.

Si acumen vagina tegitur, loco obtuſi vnci inſeruire poteſt.

b Vncum, duodecim pollices longum, a poſtica parte oſtendit.

c Monſtrat *Vnci acumen*, vt longitudo latitudoque illius cernatur, longius tamen tenuiusque id ipſum eſſe debet, quam quidem heic repraeſentatur.

d Forfex eſt, qua *Cranium* perforatur, ſi Peluis nimis ſit anguſta vel male conformata. Valida, ad minimum nouem pollices longa, atque in medio vtriusque laminae retinaculo inſtructa ſit oportet, ſic commodior in aperiendo cranio ipſius eſt vſus.

Inſtrumenta haec tum tantum ſunt adhibenda, ſi mulier alia rationi ſeruare nequeat.

V. Part. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 5. Cap. 5. N. 1. Part. III. Coll. 31. 35.

Die Neun und dreyſigſte Tafel.

a Zeiget ein Paar krummer Haacken, welche wie die Zange zuſammengefüget ſind. Sehr ſelten hat man beeder nöthig, auſſer, wenn das Kind mit dem Geſicht kommet, ſo, daß das Kinn nach dem heiligen Bein gekehret iſt, und wenn man den Kopf unmöglich bewegen kan, um das Kind bey den Füſſen, oder mit der Zange heraus zu ziehen. Wenn in dieſem Fall ein Haacke nicht hinlänglich iſt, ſo bringt man auch den andern hinein, und wenn ſie beede zuſammengefüget werden, ſo machen ſie, als Haacken, eine Oeffnung in die Hirnſchale, wenn aber der Kopf heranrücket, dienen ſie als eine Zange, um den Kopf bequemer bewegen und wenden zu können um ihn heraus zu ziehen. Sie ſind auch ſehr dienlich um den Kopf heraus zu ziehen, wenn ſolcher in der Mutter geblieben, und mit einem Blat nicht heraus gebracht werden kan. Wiewohl man des ſcharfen Haackens nicht leicht nöthig hat, wenn der Kopf da iſt, indem der ſtumpfe Haacke, ſo in der XXXVII. Tafel vorgeſtellet worden, insgemein gebrauchet werden kan, oder ſich ſolcher, wenn er vermittelſt der Scheere geöffnet worden, mit der Zange herausziehen läßt. Man hat ſich wohl in Acht zu nehmen, wenn man den ſcharfen Haacken gebrauchet, daß man desſelben Spize nach dem Kind zu halte, ſonderlich in ſolchen Fällen, wo man mit den Fingern nicht dazu kan, um ſolchen zu leiten. Die längſt der inneren Seite des einen Blates ſich zeigende punctirte Linie, ſtellet eine Scheide vor, wodurch die Spize bedecket wird, bis der Haacke tief genug hinein gebracht worden; ſodann löſet man das Band ſo an der Handhebe mit zwey punctirten Linien angezeiget iſt, ziehet die Scheide heraus, und ſetzet die entblöſte Spize am Kopf an, wie in der XXXVI. Tafel gezeiget worden.

Wenn die Spize mit der Scheide bedecket iſt, kan man ſich derſelben ſtatt des ſtumpfen Haackens bedienen.

b Stellet einen Haacken, welcher zwölf Zoll lang iſt, von hinten vor.

c Zeiget die Spize von vornen, damit man die Länge und Breite derſelben ſehen könne, welche etwas ſchmäler und länger ſeyn ſoll, als ſie hier vorgeſtellet worden.

d Iſt die Scheere, womit man, wenn das Becken ſehr enge, oder unförmlich iſt, die Hirnſchale durchlöchert. Sie mus recht ſtark gemachet, und wenigſtens neun Zoll lang ſeyn, auch in der Mitte jedes Blates einen Halter haben, welches vieles dazu beyträgt, daß man mit ſelbiger eine beſſere Oeffnung machen könne.

Die obigen Inſtrumente ſollen nur alleine in den auſſerordentlichſten Fällen gebraucht werden, wenn die Frau ohne ihre Beyhülfe unmöglich zu erhalten iſt.

S. des I. Theils III. B. 3. C. 5. Abſch. 5. Cap. N. 1. des III. Th. 31. und 35. Samml.

Le pere

Le